aqua, ad legitimo sistario mensurato, et per sing. annos vobis reddere debeamus per omne mense novembrio argen. den. bonos expend. num. viginti sex, et per vindemias super palmento ibidem misso vestro recipere et gubernare debeamus, et a mandato vestro venire debeamus hic Luca legem et justitiam faciendum tantum. Et si a nos vobis ec. spondeo cum hered. meis componere tibi vel ad success. tuis penam argen. solid. quinquaginta, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos libelli Petrum not. scribere rogavimus. Actum Luca.

Signum † ms. Petri qui hunc libellum fieri rogavit.

† Ego Tetbaldo rogatus ec.

Signum † ms. Isimbaldi filio Andree test.

† Ego Rodilandus not. rogatus ec.

† Ego Ildibrandus rogatus ec.

† Ego Petrus not. post traditam ec.

DOCUMENTO MLXVII.

*Il sudd. Vescovo allivella a Teuderico figlio di Pulcra beni del vescovato posti a Monteculaccio, nell'anno sudd. 903. Arch. Arc. * D. 66.*

† In nom. Omnip. Dei eterni. Berengarius ec. anno ec. sextodecimo, octavo-decimo kal. julii, indit. sexta. Manifestu sum ego Teudericho filio qd. Pulcre, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ec. dedisti mihi, idest casa et res illa in loco ubi dicitur Monteculaccio, pertinentes Epis. vestro, que recta fuit per Paulo et Andrea gg. casa ipsa cum fundamento curte orto terris vineis cultis ec. omnia quantum ad ipsa casa est pertinentes, et suprascripti gg. exinde ad manus suas abuerunt, in integrum mihi eas dedisti. Tali ordine, ut ego vel meis hered. in ipsa casa homines ad residendum et abitandum mittere debeamus, et tam ipsa casa quam et res bene laborare ec. Et exinde tibi vel ad posterisque ec. per sing.

annos reddere debeamus per omne mense septembrio, argen. den. bon. expend. num. 45. excepto isto mense septembrio proximo veniente: et homines illos qui in ipsa casa habitantes fuerit, nos eos a mandato vestro venire faciamus hic Luca ad legem ec. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego cum meis hered. comp. tibi vel ad success. tuis penam argen. solid. quadraginta, quia taliter ec. et duos inter nos libelli Petrum not. scitibere rogavimus. Actum Luca.

Signum † ms. Teuderichi qui ec.

† Ego Eriteo rogatus ec.

† Ego Andreas rogatus ec.

† Ego Adalpertus not. et schab. subs.

† Ego Tetbaldo rogatus ec.

† Ego Petrus not. post traditam ec.

DOCUMENTO MLXVIII.

*Il sudd. Vescovo allivella ad Andrea casa e beni in Valdottavo della Chiesa di S. Pietro Somaldi, nell'anno sudd. 903. Arch. Arc. * H. 16.*

† In nom. Omnip. Dei eterni. Berengarius ec. anno ec. sextodecimo, quartum nonas augusti, indit. sexta. Manifestu sum ego Andreas filio b. m. Andree, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ec. idest casella et res illa in loco et finibus Octavo, pertinentes Eccl. S. Petri sita foras civitate ista lucense, que dicitur Sumualdi, que est de suppotestate ipsius Epis. vestro, quas casella et res ipsa Bonifridi ad manus suas abere videtur; casella ipsa cum curte orto terris ec. omnia quantum ubique ad ipsa casa est pertinentes, et suprascripto Bonifridi ec. in integrum mihi eas dedisti. Tali ordinem ut da admodum in mea vel de meis hered. sint potestatem eas abendi ec. et in ipsa casa homines ad residendum et abitandum mittere debeamus. Nisi tantum pro omni censum exinde tibi ec. per sing. annos per omne mense januario, reddere de-

beamus hic Luca ad suprascripto domo, per nos ec. vobis ec. vel homini illi, qui eas pro tempore in beneficio abuerit, aut ad misso ejus, argen. den. hon. expend. numero decem et octo, et homines illos qui in ipsa casa abitantes fuerint, nos eos a mandato vestro ec. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego q. s. Andreas una ec. comp. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad success. tuis penam argen. solid. quinquaginta, quia taliter ec. et duas ec. Petrum not. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Andreas qui in hunc libello a me facto manu mea subs.

† Ego Fraolmi rogatus ec.

† Ego Lamberto rogatus ec.

† Ego Cunimundo rogatus ec.

† Ego Ildipertus rogatus ec.

† Ego Cosfridi rogatus ec.

† Ego Petrus not. post traditam ec.

DOCUMENTO MLXIX.

*Il sudd. Vescovo allivella ad Allari la Chiesa e beni di S. Giorgio di Feruniano, la quale apparteneva alla Chiesa di S. Maria presso la porta S. Donato, nell'anno sudd. 903. Arch. Arc. * F. 92.*

† In nom. Omnip. Dei eterni. Berengarius ec. anno ec. sextodecimo, pridie idus septembris, indit. sexta. Manifestu sum ego Allari, que Actio vocatur filio b. m. Albolfi cler. quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum ec. idest Eccl. illa cui vocab. est S. Georgi sita loco, ubi dicitur Feruniano prope plebe S. Stefani, pertinentes Eccl. S. Marie sita foras civit. ista lucense prope porta S. Donati, que est de suppotestatem ipsius Epis. vestro S. Martini. Eccl. vero ipsa S. Georgi una cum sala illa domnicata prope eadem Eccl. una cum casa illa massaricia in loco predicto, ubi dicitur Colle, seo et fundamento et casalino illo in suprascripto loco que vocitatur ad Colle: similiter cum funda-

mento et casalino illo in quo fuit casa massaricia, in loco ubi vocitatur ad Lavacelo, pertinentibus ipsius Eccl. S. Georgi: jam dicta Eccl. S. Georgi, una cum predictis casis et casalinis ad eam pertinentes, cum fundamentis et edeficiis suis curtis ortalia terris vineis olivetis ec. omnia quantum ec. in integrum mihi eas dedisti. Tali ordinem ut da admodum usque in annos viginti et nove, in mea q. s. Allari vel de meis hered. sint potestatem eas abendi ec. et in ipsa Dei Eccl. per nostram dispositionem officium Dei et luminaria, seo missarum solemnita fieri debeam, et in suprascriptis casis homines ad residendum ec. Nisi tantum ec. per omne mense januario reddere debeamus hic Luca ad

suprascripto domu Epis. S. Martini, per nos ec. vobis ec. aut homini illi qui eas pro tempore in beneficio abuerit, argen. solid. dece de bonos den. expend. duodecim danario per singulos solidos rationatos, et homines illos qui in ipsis casis habitantes fuerint, nos eos ec. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego q. s. Allari una cum ec. comp. tibi q. s. Petrus Epis. vel ec. penam argen. solid. centum. Sic tamen licentiam et potestatem abeamus nos et hominibus nostris omnes movillas illas, quas in ipsa Eccl. seo predictis casis abuerimus, vel miserimus, que in edeficio ipsius Eccl. vel case fuerint,

nos vel cui eas dederimus, vel abere ec. exinde tollendi et faciendi exinde quicquit voluerimus, asque omni calomnia, quia taliter ec. et duos inter nos ec. Petrum not. scribere rogavimus. Actum Luca.
 † Ego Allari in unc libello a me facto ec.
 † Ego Teudimundus not. rogatus ec.
 † Ego Adalpertus not. et scab. snbs.
 † Ego Tassimanno not. rogatus ec.
 † Ego Lamberto rogatus ec.
 † Ego Anderamus rogatus ec.
 † Ego Cosfridi rogatus ec.
 † Ego Ildipertus rogatus ec.
 † Ego Andreas rogatus ec.
 † Ego Petrus not. post traditam ec.

DOCUMENTO MLXX.

Il sudd. Vescovo allivella a Leone figlio di Odolsindo una casa coi suoi beni a Vigesimo, nell' anno sudd. 903. Arch. Arc. †† A. 85.

† In nom. Omnip. Dei eterni. Berengarius ec. anno ec. sextodecimo, pridie nonas octubris, indit. septima. Manifestum sum ego Leo filio qd. Hodulsindi, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum ec. idest casa et res illa in loco et finibus ubi dicitur Vicesimo, pertinentes suprascripti Epis. vestro S. M. quas qd. Poto antea ad manus ec. casa vero ipsa cum fundamento et omnem edeficio suo, seu curte ec. olivis ec. omnia et in omnibus rebus, quantas ubique ec. ad suprascripta casa est pertinentes, et suprascripto qd. Poto ec. in integrum mihi eas dedisti. Tali ordinem ut da admodum ego vel meis hered. in ipsa casa residere et habitare ec. et tam ipsa casa quam et res ec. bene laborare et gubernare, seo meliorare ec. et nobis eas privato nomine

abere et fruire debeamus. Nisi tantum pro censum et justitia exinde tibi vel ad posterosque ec. ad pars suprascripti Episcopatu censum vobis reddere debeamus, per sing. annos per omne mense september, ad curte vestra illa dominicata in suprascripto loco Vicesimo, per nos aut ec. vobis vel ad ministerialem ec. argen. den. bonos expend. num. quadraginta et octo, et a mandato vestro ec. hic Luca legem ec. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego q. s. Leo una cum meis hered. comp. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad posterosque subcess. tuos penam. triginta, quia taliter ec. not. scribere rogavi. Actum Luca.

.

DOCUMENTO MLXXI.

Il sudd. Vescovo allivella al prete Marino la Chiesa di S. Quirico di Rotta, coll'obbligo di rendere al vescovato 12 danari, nell' anno sudd. 903. Arch. Arc. †† Q. 52.

† In nom. Omnip. Dei eterni. Berengarius ec. anno ec. sextodecimo, octavo decimo kal. decembris, indit. septima. Manifestum sum ego Marino presb. filio b. m.

Marini, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum ec. idest Eccl. illa cui vocabulum est beati S. Quirici sito Rotta, pertinentes ipsius Epis.

vestro S. Martini. Eccl. vero ipsa cum fundamento et omnem edificio suo, seo orto terris vineis ec. omnia quantum ad ipsa Eccl. est pertinentes, in integrum mihi eas dedisti. Tali ordinem ut dum vita mea fuerit, in mea sit potestatem abendi ec. et mihi eas privato nom. ec. et in ipsa Domini Eccl. per me, aut per meam dispositionem officium Dei et luminaria seo missarum solemnia fieri debeam. Et exinde tibi vel ad success. tuis per sing. annos reddere debeamus, per omne mense magio, hic civitate Luca ad suprascripto domo, per me aut per misso meo, vobis

vel a misso vestro, argen. den. bon. expend. num. duodeci tantum. Et si nos vobis hec omnia ec. spondeo ego q. s. Marino presb. comp. tibi q. s. ec. penam argen. solid. quinquaginta, quia taliter, et duas ec. Teudilascium not. scribere ec. Actum Luca. † Ego Marinus presb. in unc libello ec. † Ego Ostripertus not. rogatus ec. Signum † ms. Teudimundi filio Atrualdi not. testis. † Ego Fraolmi rogatus ec. † Ego Cunimundo rogatus ec. † Ego Roselmanus rogatus ec. † Ego Teudilascius not. post traditam ec.

DOCUMENTO MLXXII.

*Il sudd. Vescovo allivella a Domenico un pezzo di terra presso Silice e Stranipagio, coll'obbligo di rendere la terza parte delle raccolte, nell'anno sudd. 903. Arch. Arc. * A. 2.*

† In nom. Omnip. Dei eterni. Berengarius ec. anno ec. sextodecimo, sexto kal. januarii, indit. septima. Manifestu sum ego Dominico filio b. m. Augusti, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad census perexolv. dedisti mihi, idest una petia de terra illa prope Silice, et prope Stranipagio, pertenentem suprascripti Epis. vestro S. Martini; et est tenentes ipse petia de terra uno capo in classo, alio capo tenet in terra que fuit qd. Gumperti, et et Unifridi, et Valfridi, lato uno tenet in suprascripto Silice, lato uno tenet in terra et orto Micheli, petia ipsa de terra qualiter circumdata est per designatas locas, in integrum mihi eas dedisti. Tali ordinem ut in mea vel de meis heredes sint potestatem eas abendi ec. meliorandi, et exinde tibi vel ad subcess. tuis per sing. annos reddere debeamus tertiam portionem omni labore, quas Dominus exinde

donare dignatus fuerit: excepto isti duo anni expleti proximi venturi, quas ipsa petia de terra nobis privato nomine abere et frueri debeamus, et post isti duo anni expleti proximi venturi exinde tibi, vel ad success. tuis per sing. annos vobis reddere debeamus tertiam portionem omni labore, quas Dominus exinde donare dignatus fuerit tantum. Et si a nos vobis taliter ec. spondeo cum meis heredes comp. tibi vel ad subcess. tuis penam argen. solid. quinquaginta, quia taliter inter nos convenit, et duos ec. Petrum not. scribere rogavimus. Actum Luca. Signum † ms. Dominichi qui hunc ec. † Ego Stefanus rogatus ec. † Ego Donatus rogatus ec. † Ego Andreas rogatus ec. † Ego Viventius archipresb. et vicedomino subs. † Ego Petrus not. et schab. post tradit. ec.

DOCUMENTO MLXXIII.

*Il sudd. Vescovo allivella ad Adalprando figlio di Aruzia monaca, o Dei ancilla una casa e beni in Cursiana, Sulignana, e Casanicello della Chiesa di S. Frediano, nell'anno sudd. 903. Arch. Arc. * K. 34.*

† In nom. Omnip. Dei eterni. Berengarius ec. anno ec. sextodecimo, sexto kal.

januarii, indit. septima. Manifestu sum ego Adalprando filio qd. Arutie Dei ancille

quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ec. idest medietatem de casa et res illa in loco ubi dicitur Cursiana, pertinentes Eccl. S. Fridiani sito foras civitate ista lucense, que est de suppotestate ec. quas qd. Auseramo ad manus abuit, et modo eas Ardimanno presb. ad manus suas abere videtur; jam dicta medietas de suprascripta casa et res cum fundamento et edeficio suo, seu curte orto ec. mihi eas dedisti in integrum. Seo et dedisti mihi res illa in suprascripto loco Cursiana et Sulignano, una cum casa et res illa in loco Casanicclo, pertinentes jam dicte Eccl. vestre S. Fridiani, quas suprascripto Ardimanno ad manus suas abere ec. suprascripta casa in jam dicto loco Casanicclo cum fundamento et edeficio suo, curte orto terris ec. omnia quantum ad predicta casa est pertinentes, una cum rebus illis in suprascripto loco Cursiana et Sulignana, quod sunt terris et vineis silvis.... cultas res ec. omnia quantum exinde suprascripto Ardimanno presb. ad manus suas abere ec. in integrum mihi eas de-

disti. Tali ordinem ut da admodum in mea q. s. Adalprando vel de meis hered. sint potestatem suprascripta casas et rebus quas mihi dedisti, abendi tenendi ec. et in ipsis casis homines ad residendum et abitandum ec. Et pro omni censum ec. exinde tibi vel ad posterisque ec. ad pars ipsius Epis. vestro S. Martini, per sing. annos per omne mense decembrio, reddere debeamus hic Luca ad suprascripto domui Epis. vestro S. Martini, per nos aut ec. vobis ec. argen. den. bon. expend. numero et homines illos ec. nos eos a mandato ec. Etsi a nos vobis ec. spondeo ego q. s. Adalprando una cum meis hered. comp. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad posterosque ec. penam argen. solid. triginta, quia taliter ec. et duas ec. Ostripertum not. scribere rogavimus. Actum Luca.

Signum † ms. Adalprandi ec.

† Ego Leo not. rogatus ec.

† Ego Eriteo rogatus ec.

† Ego Petrus rogatus ec.

† Ego Ostripertus not. post traditam ec.

DOCUMENTO MLXXIV.

Lo stesso Vescovo allivella a Liuprando beni in Ducentula della pieve di Sesto, nell' anno 904. Arch. Arc. †† N. 64.

† In nom. Omnip. Dei eterni. Berengarius ec. anno ec. septimodecimo, octavo-decimo kal. februarii, indit. 7. Manifestum sum ego Liuprando filio qd. Ildiperti, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. uom. firmasti me, idest in casa et res illa in loco ubi dicitur Ducentula, pertenentes Eccl. vestre S. Marie sita loco Sexto, que est de suppotestate suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, quas usque nunc casa et res ipsa ego ipse et qd. Totulo ad manus nostra abuimus. In casa ipsa cum fundamento et edeficio suo, curte orto terris vineis ec. in integrum me inibi firmasti. Tali ordine ut ego vel meis hered. in ipsa casa residere ec. et tam ipsa casa quam et predicta res bene laborare et gu-

bernare seo meliorare debeamus, et nobis eas privato nom. fruire debeamus. Nisi tantum ec. exinde tibi vel ad success. tuis ad parte suprascripte Eccl. S. Marie reddere ec. per omne mense decembrio argen. den. bon. ec. numero 24. et a mandato vestro venire ec. Et si a nos vobis ec. spondeo cum meis hered. comp. tibi vel ad success. tuis penam argen. solid. triginta, quia taliter ec. et duas ec. Petrum not. scribere ec. Actum Luca.

Signum † ms. Liuprandi qui ec.

† Ego Cosfridi rogatus ec.

. . . . bertus rogatus ec.

† Ego Ilmerando rogatus ec.

† Ego Ildipertus rogatus ec.

† Ego Petrus not. et scab. post traditam ec.

DOCUMENTO MLXXV.

*Il sudd. Vescovo allivella a Gumperto la metà di una casa coi suoi beni in Muzzano, nell' anno sudd. 904. Arch. Arc. * E. 26.*

† In nom. Omnip. Dei eterni. Berengarius ec. anno ec. septimodecimo, pridie idus aprilis, indit. septima. Manifestu sum ego Gumperto filio qd. Adalmanni, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. ec. idest medietatem de casa et res illa in loco Mutzano, que recta fuit per Cillulo, pertinentes suprascripti Epis. vestro S. Martini; de casa ipsa cum fundamento curte orto terris vineis, cultis rebus vel incultis, de omnia quantum ad ipsa casa est pertinentes, et suprascripto Cillulo exinde ad manus suas abuit, mihi exinde dedisti medietatem ex integrum. Tali ordinem ut in mea, aut de meis heredes sint potestatem ipsa medietas de predicta casa et res abendi ec. et in ipsa casa homines ad residendum et abitaandum mittere debeamus.

Et pro omni censum, et justitiam exinde tibi vel ad success. tuis reddere debeamus, per omnem mense decembrio, vobis vel ad misso vestro, aut ministerialem vestro argen. den. bon. expend. numero dece, et homines qui in ipsa casa abitautes fuerit, nos eos a mandato.... legem et justitiam faciendum tantum. Et si a nos vobis ec.... tibi vel ad success. tuis penam argen. solid. viginti, quia nos libelli Petrum not. et scab. scribere rogavimus. Signum † ms. Gumperti qui hunc libello fieri rogavit.

† Ego Fraimundus not. rogatus ec.

† Ego Ildipertus

† Ego Eribrandus

† Ego Petrus rogatus ec.

† Ego Petrus not. et scab. post traditam ec.

DOCUMENTO MLXXVI.

Il sudd. Vescovo allivella a Marino e Teutperto fratelli l' altra metà della predetta casa e beni, nel giorno ed anno sudd. Arch. Arc. † I. 80.

† In nom. Omnip. Dei eterni. Bereugarius ec. anno ec. septimodecimo, pridie idus aprilis, indit. septima. Manifesti sumus nos Marino et Teutperto gg filii b. m. Ghisalperti, que Giso vocabatur, quia tu Petrus ec. per cartula livell. nom. ad censum perexolvendum dedisti nobis, idest medietate de casa et res illa in loco Mutiano, que recta fuit per Cillulo, pertinentes Epis. vestro; de casa ipsa cum fundamento curte orto terris ec. de omnia quantum ad ipsa casa est pertinentes, et suprascripto Cillulo exinde ad manus suas abuit, mihi exinde dedisti medietatem ex integra. Tali ordinem ut in mea vel de meis hered. sint potestatem ipsa medietas de predicta casa et res abendi ec. et nobis esse privato nom. usufructuandi, et ego q. s. Marino vel meis hered. in ipsa casa resi-

dere et abitare debeamus. Et pro omni censum ec. reddere debeamus per omne mense decembrio, vobis vel ad ministeriale vestro argen. den. bon. expend. num. decem, et homines qui in ipsa casa abitautes fuerit, nos eos a mandato vestro ec. Et si a nos vobis ec. spondimus nos q. s. Marino et Teutperto gg. una cum nostris hered. comp. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad success. tuis penam argen. solid. viginti, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos libelli Fraimundo not. scribere rogavimus. Actum Luca.

Signum † ms. Marini et Teutperti qui hunc libello fieri rogaverunt ec.

† Ego Eribrandus rogatus ec.

† Ego Ildipertus rogatus ec.

† Ego Petrus rogatus ec.

† Ego Fraimundus not. post traditam ec.

DOCUMENTO MLXXVII.

Il sudd. Vescovo allivella una casa e beni in Argile presso Saturno appartenente a S. Pietro di Vigesimo a Rodilando, nell' anno sudd. 904. Arch. Arc. † K. 74.

† In nom. Omnip. Dei eterni. Berengarius ec. anno ec. septimodecimo, sextodecimo kal. julias, indit. septima. Manifestu sum ego Rodilando filio qd. Pelprandi, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. firmasti me, idest in casa et res illa in loco ubi dicitur Argile prope Saturno, pertinentes Eccl. S. Petri sita loco Vigesimo, que est de suppotestate Epis. vestro S. Martini, quas ego ipse modo ad manus mea abere videor; casa ipsa cum fundamento curte orto terris ec. in integrum me inibi firmasti. Tali ordinem ut ego vel meis heredes in ipsa casa residere et habitare debeamus, et tam ipsa casa quam et predictas res bene laborare ec. et nobis eas privatum nom. fruire debeamus. Nisi tantum pro omni censum et justitiam exinde tibi vel ad success. tuis per sing. annos

reddere per omnem mense novembris ad suprascripta Eccl. S. Petri, argen. den. bon. expend. num. quatragenta et octo, et a mandato vestro venire debeamus hic Luca legem et justitiam faciendum tantum. Et si a nos vobis ec. spondeo ego cum meis hered. comp. tibi vel ad success. tuis penam argen. solid. triginta, quia taliter inter nos convenit, et duas inter nos cartulas Petrum not. et scab. scribere rogavimus. Actum Luca.

Signum † ms. Rodilandi qui hunc libellum fieri rogavit.

† Ego Leo not. rogatus ec. me teste subs.

† Ego Flaipertus rogatus ec.

† Ego.

† Ego Hdipertus rogatus ec.

† Ego Lopo rogatus ec.

† Ego Petrus not. et scab. post tradit. ec.

DOCUMENTO MLXXVIII.

Il sudd. Vescovo allivella a Pietro figlio di Firmo alcuni beni in Segio, coll'obbligo di erigervi una capanna, nell' anno sudd. 904. Arch. Arc. † Q. 12.

† In nom. Omnip. Dei eterni. Berengarius ec. anno ec. septimodecimo, 13. kal. julii, iudit. septima. Manifestu sum ego Petrus filius qd. Firmi, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum ec. idest res illa in loco Segio quas Marcho et Lopo ad manus suas abuit, pertinentes Eccl. vestre S. Fridiani, qui est de suppotestate ec. res vero ipsa quod sunt terris olivis ec. omnia et in omnia rebus ubique ad suprascripta res est pertinentes, et ad suprascriptorum Marcho et Lopo exinde ad manus ec. in integrum mihi eas dedisti. Tali ordinem ut da admodum in mea vel de meis hered. sint potestatem suprascripta res abendi ec. et infra ipsa res in isto anno capanna levare et claudere, seo cooperire debeamus: et

exinde tibi et success. tuis ad pars suprascripte Eccl. S. Fridiani, per sing. annos in mense januario, censum reddere debeam hic Luca ad suprascripta Eccl. S. Fridiani per nos, aut per misso nostro, vobis vel ec. argen. den. duodecim bonos expend. tantum. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo cum hered. meus comp. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad success. tuis penam argen. solid. quinquaginta, quia taliter ec. et duas ec. Teudimundum not. scribere ec. Actum Luca.

Signum † ms. Petri qui hunc libellum ec.

† Ego Adalberto rogatus ec.

† Ego Fraolmi rogatus ec.

† Ego.

† Ego Teudimundus not. post traditam ec.

DOCUMENTO MLXXIX.

*Warimberto chier. di patria milanese abitante in Lucca prende a livello dal Vescovo Pietro una casa, posta presso S. Pietro in vincoli, nell'anno sudd. 904. Arch. Arc. * K. 72.*

† In nom. Omnip. Dei eterni. Berengarius ec. anno regni ejus septimodecimo, nono kal., julii indit. septima. Manifestu sum ego Warimberto cler. avitator hic Luca filio qd. Angelberti de comitato mediolanense, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum ec. idest casa illa hic infra civitate Luca prope Eccl. S. Petri, que dicitur ad vincula, quas casa ipsa est pertinentes suprascripti Epis. vestro S. Martini, et est tenentes ipse casa uno capo cum uno lato in via publica, alio capo cum uno lato tenet in terra ipsius Eccl. vestre S. Petri. Casa ipsa cum fundamento et edificio suo, qualiter circumdata est ec. in integrum mihi eas livell. nom. dedisti. Tali ordinem ut da admodum in mea vel de meis hered. sint potestatem eas abendi ec. et isti duo anni expleti proximi venturi nobis eam privato abere debeamus. Et post isti duo anni expleti proximi venturi, exinde tibi vel

ad success. tuis per sing. annos reddere debeamus a pars suprascripti Epis. vestro per omne mense julio, per nos aut ec. vobis, vel ad ministeriale vestro argen. den. bon. expend. num. viginti quattuor. Et si forsitan in ipsa casa homines ad residendum et abitandum miserimus, nos eos a mandato vestro ec. Et si a nos vobis per singulos annos ec. spondeo ego q. s. Warimberto cler. una cum meis hered. comp. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad success. tuis penam argen. solid. sexaginta, quia taliter ec. et duos ec. Petrum not. et scab. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Warimberto cler. in unc libello ec.
 † Ego Teuderandus not. rogatus ec.
 † Ego Ildipertus rogatus ec.
 † Ego Ermifridi rogatus ec.
 † Ego Aloni rogatus ec.
 † Ego Leo rogatus ec.
 † Ego Petrus not. et scab. post traditam ec.

DOCUMENTO MLXXX.

*Il Vescovo Pietro concede a livello a Ghisprando la metà di una casa coi suoi beni in Tramonte, nell'anno sudd. 904. Arch. Arc. * F. 14.*

† In nom. Omnip. Dei eterni. Berengarius ec. anno regni ejus septimodecimo, quarto kal. julii, indit. septima. Manifestu sum ego Ghisprando filio qd. Ansualdi, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest medietate de casa et res illa in loco ubi dicitur Transmonte prope Eccl. S. Martini, pertineutes Eccl. vestre S. Fridiani sita foras civitate ista lucense, que est de suppotestate ipsius Epis. vestro S. Martini, quas Mariuulo ad manus suas abuit: de casa ipsa cum terris vineis cultis rebus ec. ut dictum est medietatem ex integro mihi exinde dedisti. Tali or-

BARSOCC. TOM. V. PAR. 111.

dinem ut da admodum in mea q. s. Ghisprando et Benedicti filii meis, vel de ejus heredes sint potestatem suprascripta medietas de predicta casa et res abendi ec. et nobis eas privato nomine usufructuandi, et in ipsa medietate de predicta casa homines ad residendum et abitandum mittere debeamus. Nisi tantum pro omni censum ec. exinde tibi vel ad success. tuis per sing. annos reddere debeamus hic Luca ad suprascripto domum Epis. vestro S. Martini, per nos aut per misso nostro, vobis vel ad ministerialem ec. per omne mense januario, argen. den. bonos expend. num. duodeci, et homines illos qui in ipsa me-

dietatem de jam dicta casa abitanter fuerit, nos eos a mandato vestro ec. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego q. s. Ghisprando, una cum suprascripto Benedicto filio meo vel ejus heredibus, comp. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad success. tuis penam argen. solid. centum, quia taliter ec. et duos ec. Petrum not. et scab. scribere rogavi. Actum Luca.

Signum † ms. Ghisprandi qui hunc libellum ec.

† Ego Lopo rogatus ec.

† Ego Leo not. et scab. suba.

† Ego Ostripertus not. rogatus ec.

Signum † ms. Hisimbaldi filio b. m. Andree testis.

† Ego Petrus not. et scab. post traditam ec.

DOCUMENTO MLXXXI.

Il sudd. Vescovo allivella a Giovanni una casa massaricia del vescovato posta a Cascio, nell'anno sudd. 904. Arch. Arc. †† M. 73.

† In nom. Omnip. Dei eterni. Berengarius ec. anno regni ejus septimo decimo ipsa die kal. septembris, indit. octava. Manifestu sum ego Joh. filio qd. Ursicini, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. firmasti me, idest in casa et res illa massaricia in loco Cascio, que dicitur Balbo, quas ego ipsi ad manus mea abere videor, pertinentes ipsius Epis. vestro; in casa ipsa cum fundamento curte orto terris vineis cultis rebus vel incultis, omnia quantum ad ipsa casa est pertinentes, in integram me inibi firmasti. Tali ordine ut ego vel meis heredes in ipsa casa residere ec. et tam ipsa casa quam et suprascripta res bene laborare ec. et exinde tibi vel ad success. tuis per sing. annos in ipso

loco reddere ec. ad pars ipsius Epis. vestro duo anfora de vino bono mundo sine aqua, ad legitimo sistario mensurato, et per omne mense januario vobis reddere ec. argent. den. bon. expend. numero duodeci, et a mandato vestro ec. Et si a nos vobis ec. spondeo una cum meis hered. comp. tibi vel ad success. tuis penam argen. solid. triginta, quia taliter ec. et duos ec. Petrum not. et scab. scribere ec. Actum Luca.

Signum † ms. Johan. qui ec.

† Ego Fraolmi rogatus ec.

† Ego Altipertus not. rogatus ec.

† Ego Isimbardo rogatus ec.

† Ego Sulbertus rogatus ec.

† Ego Petrus not. et scab. post traditam ec.

DOCUMENTO MLXXXII.

*Il sudd. Vescovo col consenso del suo clero ordina il prete Gumperto nella pieve di S. Maria di Lammari, coll'obbligo di non alienare, nè allivellare i beni della sua Chiesa senza la licenza del Vescovo, nell'anno sudd. 904. Arch. Arc. * A. 53.*

† In Xti nom. Qualiter ego Petrus gratia Dei hujus S. Lucane Eccl. humilis Epis. una per consensum sacerdotum seo filii ipsius Eccl. ordinare videor te Gumperto presb. filio qd. Gumperti in eo ordinem, sicut supter adnexum fuerit, in Eccl. illa cui vocabulum est beati S. Johannis Baptiste et S. Marie Dei Genetrix, sita loco et sinibus Lammari, quod est plebe batismale, pertinentes ipsius Epis. nostro S. Martini; in jam dicte Eccl. S. Johanni et S. Marie

te inibi ordinare et confirmare videor, ut in tua sit potestatem diebus vite tue, cum aliis Eccl. subjectis ipsius plebe, et cum omnibus casis et rebus dominicatis et massariciis ad eam pertinentibus, cum fundamentis et edeficiis suis, curtis ortis terris ec. movile vel immovile seu qui semoventibus, atque servos et ancillas, omnia et in omnibus quantum ec. in integram tibi eas dare videor. Tali ordinem ut ab ac die in tua q. s. Gumperto presb. sint

potestatem eas habendi ec. tantummodo diebus vite tue; et in ipsis Eccl. quas tibi dedi, per te aut per tuam dispositionem officium Dei et luminaria seu missarum solemnita fieri debeat recto moderamine; et mihi q. s. Petrus Epis. vel posterosque successoribus meis singulis quibusque annis obediendi et deserviendi, ut mos est. Sic namque vero ut non abeas potestatem neque licentia tu q. s. Gumperto presb. de omnibus casis et rebus ex ipsis Ecclesiis, quas tibi dedi, pertinentibus, cuilibet homini per cartula libell. nom. nec per nullam co-scriptionis firmitatis dare, nec mittere, neque firmare sine mea licentia et voluntate vel posterosque subcess. meos, qua licentia et voluntate nostra, ut in illo libello vel firmitate quas tu exinde emiseric vel feceris in qualibet persona hominum, ut nos in ipso libello vel firmitate manu nostra scribamus. Propterea hoc facimus, ut casis et rebus ipsius Eccl. non per fraude neque concludio seu malo ingenio usurpetur. Et si forsitan in alio modo in aliquit de ipsis casis et rebus feceris vel dederis, nisi quomodo superius legitur, hanc statuta mea ordinationis cartule, et illa firmitate scriptionis, quas tu exinde feceris vel emiseric, inanis et vacua et incapsata permaneat, ut quod in se nullum obtineat robore, nec firmitate. Et neque ad me neque ad nullosque subcess. meis hec ordinationis aliquando tempore, dum vita tua fuerit, possimus disrumpi nec infringi, si tu q. s. Gumperto presb. sic feceris et adimpleveris eo modo, sicut superius legitur; set in suprascripto ordine hanc ordinationis cartule dum vita tua fuerit, in sua permaneat firmitate. Unde duas or-

dinationis cartulas uno tinore scriptas, una ad pars Epis. nostri ec. et illa alia in tua q. s. Gumperto sint potestatem ec. et Petrus not. et scab. scribere rogavi. Actum Luca. Et hec ordinationis ec. facte sunt anno dn. nostri Berengarii div. ordin. clementia rex, anno regni ejus septimodecimo, sexto kal. octubris, indit. octava.

† Ego Petrus gratia Dei hum. Epia. in hanc ordinatione a me facta subs.

† Ego Viventius archipresb. card. et vicedomino consensi.

† Ego Cristianus presb. consensi.

† Ego Gisalprandus presb. subs.

† Ego Sichardus presb. card. et primicer. subs.

† Ego Peripaldus presb. card. et cantor subs.

† Ego Suntripaldus presb. card. subs.

† Ego Ropprandus presb. card. subs.

† Ego Fridianus diac. subs.

† Ego Natali subd. subs.

† Ego Rainbertus diac. subs.

† Ego Johan. subd. subs.

† Ego Andreas diac. subs.

† Ego Gerardus subd. subs.

† Ego Andreas diac. subs.

† Ego Rotprandus presb. subs.

† Ego Lopo presb. et card. subs.

† Ego Ghisalprandus presb. card. subs.

† Ego Cristofanus presb. et cantor ec.

† Ego Benedictus presb. subs.

† Ego Ghisolfus presb. card. subs.

† Ego Teutpaldus diac. subs.

† Ego Teufridi presb. card. subs.

† Ego Gregorius presb. subs.

† Ego Petrus presb. card. subs.

† Ego Herimundus presb. subs.

† Ego Petrus not. et scab. post tradit. ec.

DOCUMENTO MLXXXIII.

*Il sudd. Vescovo allivella ad Arnifridi casa e beni in Magugnano della Chiesa di S. Maria a Monte, nell'anno sudd. 904. Arch. Arc. * F. 32.*

† In nom. Omnip. Dei eterni. Berengarius ec. anno regni ejus septimodecimo, septimo idus octubris, indit. octava. Manifestus sum ego Arnifridi filio qd. Bonifridi, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum perexolvendum de-

disti mihi, idest casa et res illa in loco Manguniano, in qua ego ipse modo ad manus mea abere videor, pertinentes Eccl. vestre S. Marie que dicitur ad Monte: casa ipsa cum curte orto terris vineis, cultis rebus vel incultis, omnia quantum ad ipsa

casa est pertinentes, et ego ipse ec. in integrum mihi eas dedisti. Tali ordinem ut ego vel meis heredes in ipsa casa residere et habitare debeamus, et tam ipsa casa et res bene laborare ec. et nobis eas privato nomine frueri debeamus. Et pro omni censum et justitia exinde tibi vel ad success. tuis, reddere debeamus per omnem mense octubris argen. den. bon. expend. num. quatráginta duo, et a mandato vestro ec. Et si a nos vobis ec. per sing. annos ec. spondeo cum meis hered.

comp. tibi vel ad success. tuis penam argen. solid. quatráginta, quia taliter inter nos convenit et duos inter nos libelli Petrum not. et scab. scribere rogavimus. Actum ad suprascripta Eccl. S. Marie, que dicitur ad Monte.

Signum † ms. Arnifridi qui hunc libello fieri rogavit.

† Ego Lopo rogatus ec. me teste subs.

† Ego Odalberto rogatus ec. me teste subs.

† Ego Cospertus not. et schab. subs.

† Ego Petrus not. et schab. post tradit. ec.

DOCUMENTO MLXXXIV.

Il sudd. Vescovo allivella ad Ursiperto arciprete, e a Domenico prete beni nella pieve di Fabbrica, appartenenti alla Chiesa di S. Maria presso la porta S. Donato, nell'anno sudd. 904. Arch. Arc. CD. 66.

† In nom. Omnip. Dei eterni. Berengarius ec. anno ec. septimodecimo, sexto kal. novembris, indit. octava. Manifesti sumus nos Ursibertus archipresb. filio b. m. Leutardi, et Dominicho presb. filio b. m. Ildimari, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum perexolvendum dedisti nobis, idest fundamento illo in qua fuit casa, in loco et finibus ubi dicitur ad Novas, pertinentes Eccl. vestre S. Marie, sita foras civitate ista lucense prope porta S. Donati, qui est de subpoteestatem ipsius Epis. vestro S. Martini, quas casa et res ipsa Bertolo ad manus suas abuit. Fundamento ipso cum curte orto terris vineis olivetis silvis virgareis pratis pascuis, cultis rebus vel incultis, omnia quantum ubicumque ad ipso fundamento est pertinentes, tam in suprascripto loco et finibus Nova, quam et in loco et finibus Fabrica, et ad silva atque Plagia, vel ubicumque ad suprascripto fundamento est pertinentes, in integrum nobis eas dedisti. Tali ordinem ut in nostra q. s. Ursibertus archipresb. et Dominicho item presb. et de nostris hered. sint potestatem abendi imperandi ec. Nisi tan-

tum pro omni censum et justitiam exinde tibi vel a subcess. tuis, per sing. annos reddere debeamus hic civitate Luca ad suprascripto domum Epis. vestro S. Martini per omnem mense octubris, per nos aut per misso nostro, vobis vel ad ministerialem illum, quas ibi pro tempore abueritis, vel ad misso vestro, argen. den. bon. expend. num. sexaginta tantum. Et si ad nos vobis hec omnia ec. spondimus nos q. s. Ursibertus archipresb. seo Dominicho item presb. cum nostris hered. comp. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad subcess. tuis penam argen. solid. sexaginta, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos libelli Petrum not. et schab. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Ursipertus archipresb. in unc libello a nos facto manu mea subs.

† Ego Dominicho presb. in unc libello a nos facto manu mea subs.

† Ego Cospertus not. et schab. rogatus ec. me teste subs.

† Ego Lambertus rogatus ec. me teste subs.

† Ego Odalberto rogatus ec. me teste subs.

† Ego Petrus not. et schab. post tradit. ec.

DOCUMENTO MLXXXV.

Carta apografa contenente la dotazione del Monastero dei Santi Filippo e Giacomo, e della traslazione da Roma a Lucca del corpo di S. Pontiano martire, dell'anno sudd. 904. Arch. un giorno di S. Pontiano, ora della pubbl. Libreria, segnata † 2.

† In nom. Sancte, et individue Trinitatis. Jacobus diaconus vir secundum carnis quidem originem nobilis et dives, sed secundum spiritus dignitatem nobilior ditiorque Reverentiss. Johannem romane Ecclesie nonum post beatum Gregorium Pontificem adiens, hujusmodi verbis humili supplicatione eum postulavit dicens: pie pater et domine: habetur juxta civitatem lucanam prope muros ejusdem civitatis quoddam monasterium in honore apostolorum Philippi et Jacobi dedicatum, quod valde mihi est in desiderium per merita eorumdem apostolorum, ac per bona conversatione ancillarum Dei, que ibi ordinate Deo obediunt, que quotidie obnixis precibus Dominam precantur, ut per invisibilem virtutem suam dignetur eis concedere aliquod venerabile corpus sanctorum suorum martirum. Unde multo desiderio deprecate sunt me famulam tuam, confidentes me hoc posse efficere apud vestram mellifluam probitatem. Ideoque domine mi Pater, suppliciter et devote deprecor tuam paternitatem, ut sollicite labores, quatenus earum desiderium, te pio pastore efficeate, per me famulum tuum adimpleri videatur. Quod si impletum videro coram te pie pater, ego servus tuus promitto, amore desiderati martiris, ea omnia que ab eo ex patrimonio offerre in eodem monasterio. Pontifex autem consilio habito cum cardinalibus lateranensis palatii, quorum nomina sunt: Gerardus, Petrus, Marcellus, Andreas, Benignus, Martinus, et cum Guidone hostiensi Epis. dedit eidem Jacobo corpus S. Pontiani martiris, precipiens et commonens, quatenus idem sanctiss. corpus sui patrimonii oblatione, sicut promiserat, honorare studeret. Id Jacobus debita veneratione susceptum, atque in itinere multis et maximis miraculis declaratum, ad prefatum deferens monasterium in medio choro collocavit. Ubi dum a fidelibus

omni devotione frequentaretur, Ugo rex venerabilis a parte Gallie veniens, subita infirmitate toto contractus corpore, audiens signa virtutum et miracula meritorum S. Pontiani martiris, magna cum devotione ad ipsius corpus accessit, flexisque ut poterat genibus, multis lacrimis precibusque effusus, qui prius aliorum manibus sustentabatur, ita repente propria virtute surrexit, ut manifeste omnibus claret, nullum preterite infirmitatis in eo remansisse vestigium. Jacobus autem diaconus visis tot tantisque miraculis, in presentia ejusdem regis Ugonis, sub testimonio ipsius regis et aliorum plurium, pro anime sue remedio in his verbis sui patrimonii fecit scriptum testamenti.

Ego Jacobus diaconus quamquam indignus, pro anime mee remedio meorumque parentum, in presentia et testimonio domini Ugonis victoriosiss. principis et aliorum circumstantium, dono et trado sub perpetuo iudicio tibi Deo vivo et vero, et S. Pontiano martiri tuo, ac Philippo et Jacobo apostolis ea omnia, que mihi jure eveniunt ex patrimonio, ut sint in potestate omnimodo ancillarum vel servorum Dei, qui pro tempore officium Deo et predictis apostolis et S. Pontiano martiri devote persolvunt: scilicet dono et trado curiam illam que Faognanus vocatur, sitam in plebe S. Genesi prope castrum S. Miniatis, cum duabus Ecclesiis, una que dedicata est in honore S. Dei genitricis virginis Marie, alia in honore S. Margarite virginis cum omnibus suis pertinentiis. Ac dono et trado aliam curiam in maritima sita iuxta curiam S. Frigiani cum omnibus suis pertinentiis, et aliam curtem que vocatur Legulis, que est in plebe Pini cum omnibus suis pertinentiis; et curtem aliam in qua est Eccl. S. Ambrosii cum omnibus suis pertinentiis, in loco qui Sclenas nuncupatur; et aliam curtem cum omnibus suis pertinentiis, in

qua sunt duo Ecclesie, una in loco qui vocatur Arena ubi dicitur Urbaule, et alia ubi dicitur Tabiano, quas utrasque ad hujus mei testamenti memoriam dedicatas volo fieri in honore S. Pontiani martiris; et alia curte in loco qui vocatur Cascius cum omnibus suis pertinentiis, in qua est Eccl. S. Stephani protomartiris: aliam vero in loco qui vocatur Barga cum omnibus suis pertinentiis, ubi constituta est Eccl. S. Viti martiris. Hec omnia eo tenore dono et trado, quatenus nec ego Jacobus, nec aliquis loco mei ex omnibus predictis sibi jure vendicare valeat. Quod si aliquis ex his omnibus inde violenter rapuerit, ulciscatur hoc ipse Dominus, pro cuius amore beatiss. martir Pontianus, cui hec omnia offero, voluit a carnificibus interfici. Hoc testamentale scriptum dominus Jacobus diac. coram predicto rege et reliquis presentibus, obtulit supra beatiss. Pontiani martiris corpus. His per actis, totius populi lucensis postulatione, ac predicti regis Ugonis consensu et rogatu, idem Jacobus electus et in Eccl. beati Martini inthronizatus, cum eodem rege Romam petiens, a venerabili supradicto Johan. Pontifice lucensi Eccl. consecratur Episcopus: privilegium a piissimo tunc incoronato imperatore Ugone in presentia dn. Pape accepit, ut Eccl.

apostolorum Philippi et Jacobi, in qua erat corpus beati Pontiani, erepta a suo et aliorum omnium dominio, subiceretur potestati apostolice sedis in perpetuum. Deinde venerab. Papa una cum cardinalibus fecit decretum ex eadem Eccl. anathematis vinculo innodatum, quod si quis predictam Eccl. aliquo modo violenter opprimeret, nunquam consequeretur misericordiam, nec ab anathematis vinculo ullo remedio solvi valeret, nisi per emendationis culpe. Accepto itaque privilegio et decreto dominus Jacobus Epis. hilaris remeavit ad propria, et jejuniis cum clero et populo civitatis celebrato, pretiosum corpus martiris de choro, in qua per menses tres fuerat custoditum levans, altare super ipsum corpus in eadem Eccl. consecravit, die kalendarum januarum juxta altare apostolorum Philippi et Jacobi, et missa super eodem altare celebrata, dedit ibi calicem aureum, planetam purpuream, et turibulum argenteum. Translatum autem corpus S. martiris Pontiani ab urbe Roma, sublatum de via Aurelia, in lucanam civitatem, et apud basilicam beati apostolor. Philippi et Jacobi nongentesimo quarto ab Incarnatione Dom. nostri J. Xti. temporibus dn. Johan. reverentissimi Pape, et Ugonis sereniss. Imp. reverenter collocatum est.

DOCUMENTO MLXXXVI.

*Giudicato tenuto dagli scabini avanti il Vescovo Pietro e Ghisalprando messo del march. Adalberto, in cui furono obbligati i due fratelli Ghisolfo e Tassilo a rilasciare alla Chiesa di S. Giorgio, la Chiesa di S. Lorenzo di Arsina, nell' anno 905. Arch. Arc. * H. 40.*
Tom. IV. Par. II. Append. Doc. 57.

DOCUMENTO MLXXXVII.

Pietro Vescovo allivella a Fraolmi la Chiesa di S. Lorenzo di Vaccole con tutti i beni ad essa appartenenti per 60 danari annui, nell' anno sudd. 905. Arch. Arc. † S. 2.

† In nom. Omnip. Dei eterni. Berengarius ec. anno regni ejus octavodecimo, idus februarii, indit. octava. Manifestu sum ego Fraolmi filio b. m. Teudimundi, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell.

nom. ad censum perexol. ec. idest Eccl. illa cui vocab. beati S. Laurentii sita in loco et finibus Vaccule, pertinentes ipsius Epis. vestro S. Martini, jam dicta Eccl. ec. cum casis dominicatis sive massariciis ad

eam pertinentes, cum fundamentis ec. curtis ortalia ec. olivetis ec. omnia et in omnibus casis et rebus ec. quantas ubique ad ipsa Eccl. S. Laurentii est pertinentes, in integrum mihi ec. Tali ordinetur da admodum in mea q. s. Fraolmi, sive Fraolmi filio meo et de ejus heredibus sint potestatem ec. abendi ec. et in ipsa Eccl. per nostram dispositionem officium Dei ec. Nisi tantum pro omni censum ec. exinde tibi vel ad posterosque ec. per sing. annos reddere debeamus ad pars ipsius Epis. vestro per omne mense martio, per nos ec. hic civitate Luca ad suprascripto domum Epis. vestro S. Martini, vobis vel ec. argen. den. bon. expend. num. sexsaginta, et

homines illos qui in ipsis casis abitan-tes ec. nos eos a mandato vestro ec. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego q. s. Fraolmi una cum Fraolmi filio meo et ejus hered. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad posterisque ec. penam argen. solid. centos, quia taliter ec. et duos ec. Petrum not. scribere ec. Actum Luca.

† Ego Fraolmi in unc libello ec.

† Ego Benedicto scab. subs.

† Ego Adalpertus not. et scab. subs.

† Ego Ghisolfus rogatus ec.

† Ego Cospertus not. et scab. subs.

.....

† Ego Petrus not. et scab. post tradit. ec.

DOCUMENTO MLXXXVIII.

Il sudd. Vescovo allivella ai fratelli Andrea e Martino una casa e beni in Campulo, appartenente alla pieve di S. Cassiano di Barginne, nell'anno sudd. 905. Arch. Arc. AD. 11.

† In nom. Dn. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarnationis ejus nongentesimo quinto, quinto idus magii, indit. octava. Manifesti sumus nos Andreas et Martino gg. filii b. m. Ostriperiti, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. firmasti nobis, idest in casa et res illa in loco et finibus ubi dicitur Campulo, quas Prandulo ad manus suas abuit, pertinentes Eccl. S. Joh. et S. Cassiani, quod est plebe baptismale sita loco et finibus Berginne, qui est de suppotestatem Epis. vestro S. Martini; jam dicta casa quas nobis dedisti, cum fundamento et omnem edificio suo, curte orto terris vineis olivetis ec. omnia quantum ad suprascripta casa est pertinentes, et suprascripto Prandulo exinde ad manus suas abuit, in integrum nobis eas livell. nom. dedisti. Tali ordine ut nobis vel nostris heredibus in ipsa casa homines ad residendum et abitantandum mittere debeamus, et tam ipsa casa et predicta res quas nobis dedisti,

bene laborare et gubernare seo meliorare debeamus, et nobis eas privato nomine fruire debeamus. Nisi tantum pro omni censum et justitiam exinde tibi vel ad success. tuis, per sing. annos in omne mense januario, ad pars ipsius Eccl. reddere debeamus argen. den. bon. expend. num. decem et octo, et a mandato vestro venire ec. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondimus nos q. s. Andreas et Martino gg. una cum nostris hered. comp. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad success. tuis penam argen. solid. triginta, quia taliter inter nos convenit, et duos libelli Fraimundum not. scribere rogavimus. Actum Luca.

Signum † ms. Andree et Martini gg. qui hunc libellum fieri rogaverunt.

† Ego Teudimundus not. rogatus ec.

† Ego Ildipertus rogatus ec.

† Ego Petrus not. et schab. subs.

† Ego Fraolmi rogatus ec.

† Ego Fraimundus not. post traditam ec.

DOCUMENTO MLXXXIX.

*Il sudd. Vescovo allivella al prete Ghisalprando ed al suddetto Ghisolfo suo fratello una casetta col suo necessario, presso l'antico porticale di S. Martino, nell'anno sudd. 905. Arch. Arc. * H. 17.*

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarnat. ejus nongentesimo quinto, et quarto kal. augusti, indit. octava. Manifesti sumus nos Ghisalprando presb. que Ghiso vocatur et Ghisolfo subd. gg. filii b: m. Ghisalperti, que Cillo vocabatur, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum ec. dedisti nobis idest casella illa infra civitate ista lucense prope Eccl. S. Martini; pertinentes ipsius Eccl. Episc. vestro S. Martini, casella vero ipsa cum fundamento et edeficio suo, seo terra et *necessario* totum insimul amembrato, tenentes uno caput eum uno lato in terra ipsius Epis. vestro, que fuit porticale, alio capo tenet in casa ipsius Epis. et alio lato tenet in via: suprascripta casella cum fundamento et edeficio suo, seo terra in capite et ad latere de ipsa casella, seo *necessario* insimul amembrato, qualiter circumdata est per designatas locas, in integrum nobis eas dedisti. Tali ordinem ut in nostra q. s. gg. sint potestatem ess abendi imperandi ec. et infra ipsa terra

casa levare et claudere seo coperire debeamus, ut infra isti duo anni expleti proximi venturi sit ibi casa levata et clausa, et eas bene gubernare seo meliorare debeamus, et exinde tibi vel ad success. tuis per sing. annos reddere debeamus per nos ec. vobis vel ad ministerialem vestro, quas in ipso domo abueritis, argen. den. bon. expend. numero tres per omne mense maio tantum. Et si a nos vobis ec. spondimus nos q. s. gg. comp. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad success. tuis penam argen. solid. sexaginta, quia taliter ec. et duos ec. Petrum not. et scab. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Ghisalprandus presb. in unc libello a nos ec.

† Ego Ghisolfo subdiac. in unc libello ec.

† Ego Cosfridi rogatus ec.

† Ego Ghisolfus rogatus ec.

† Ego Himalfriidi rogatus ec.

† Ego Ostripertus not. rogatus ec.

† Ego Petrus not. et scab. post tradit. ec.

DOCUMENTO MXC.

*Il sudd. Vescovo allivella a Teuderico casa e beni in Fosciana della pieve di S. Cassiano, nell'anno sudd. 905. Arch. Arc. * F. 15.*

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarnat. ejus nongentesimo quinto, quartum nonas novembrii, indit. nona. Manifestu sum ego Teudericho filio qd. Adalberti, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest casa et res illa in loco et finibus Fusciana, ubi dicitur ad rivo, pertinentes Eccl. vestre S. Casciani in eodem loco Fusciana, qui est plebe batismale, que est de suppotestate ipsius Epis. vestro S. Martini, que recta fuit per qd. Criscenti: casa ipsa cum curte granario orto terris vineis cultis rebus vel

incultis, omnia quantum ec. in integrum mihi eas livell. nom. dedisti. Tali ordinem ut ego vel meis heredes in ipsa casa residere et habitare debeamus, et tam ipsa casa quam et predicta res bene laborare ec. et nobis eas privato nomine fructu debeamus. Et pro omni censum et justitia exinde tibi vel ad success. tuis, per sing. annos reddere debeamus per omne mense decembrio, argen. den. bonos expend. num. duo, et a mandato vestro venire ec. Et si a nos vobis ec. spondeo ego cum meis hered. comp. tibi vel ad success. tuis penam argen. solid. viginu, quia taliter ec.

et duos inter nos ec. Petrum not. et scab.
scribere rogavimus. Actum Luca.
Signum † ms. Teuderichi qui ec.
† Ego Benedicto rogatus ec.
† Ego Hubaldo rogatus ec.

† Ego Gumperto rogatus ec.
† Ego Ildipertus rogatus ec.
.....
† Ego Petrus not. et scab. post tradit. ec.

DOCUMENTO MXCI.

Il sudd. Vescovo allivella una casa coi suoi beni in Subgrominio della Chiesa di S. Frediano, nell'anno sudd. 905. Arch. Arc. † P. 92.

sura ec. sist. octo, in integrum tibi eas in comutationem ec. Et recepi ad te in comutationem de pars suprascripti Epis. vestro S. Martini, idest una petia de terra illa in loco et finibus Suborbano, pertinentes suprascripti Epis. vestro S. Martini, tenentes uno capo in terra mea q. s. Cristiano, et alio capo tenet in terra que fuit qd. Dominichi, et in aliquantulo in terra Eccl. S. Dalmatii, lato uno tenet in terra que fuit qd. Adalmani, et alio lato tenet in terra que fuit qd. Adalberti Marchioni, et in aliquantulo in terra Lei: suprascripta petia de terra qualiter circumdata est ec. quod est per mensura ec. sist. quadragintaduo, in integrum ad te eas in comutat. recepi, de pars suprascripti Epis. vestro S. Martini. Ubi et super hanc comutationem secundum legem ambulaverunt tres homines, eorum fide admittitur. Hic sunt nomina eorum: Gheripaldo, et Ghisalperto schabino gg. filii b. m. Petri not. seo Gherimundo filio b. m. Lei, qui ambulaverunt ec. qualiter meliorata ec. ad pars suprascripti Epis. vestro S. Martini quam recepisse, ut magis omni tem-

pore hanc comutat. inter nos firma e stabile permaneat semper. Unde repromitto ego q. s. Cristiano una cum meis hered. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad success. tuis aut eidem homini, cui vos suprascriptis petiis de terris quas tibi dedi, dederitis, vel abere ec. ut si nos vobis eas aliquando tempore in aliquod exinde ec. nos vel ille homo cui nos eas dedissemus ec. per quolibet ingenio: et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus: spondeo ego q. s. Cristiano una cum meis hered. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad success. tuis, aut eidem homini cui vos suprascriptis dederitis, jam dictis petiis de terris in duplum, infer quidem loco ec. quia taliter ec. et duas ec. Petrum not. scribere rogavimus. Actum Luca.

Signum † ms. Cristiani qui ec.

.

† Ego Eridiberto rogatus ec.

.

DOCUMENTO MCXCI.

Il Vescovo Pietro ordina il pretc Ansaldo nella pieve di S. Martino di Flesso, nell'anno 921. Arch. Arc. †† II. 77:

† In Xti. nom. Qualiter ego Petrus gratia Dei ec. una per consensum sacerdotum meorum seo filiis ipsius Eccl. rectorem et gubernatorem ordinare videor te Ansaldo presb. filio b. m. Simprandi in eo ordine, sicut supter adaxum fuerit, idest in Eccl. illa cui vocabulum est beati S. Johan. Batt. et S. Martini sita loco et finibus Flexo, quod est plebe batismale pertinentes ipsius Eccl. Epis. nostro S. Martini. Jam dicta Eccl. S. Johan. et S. Martini, una cum aliis Eccl. subjectis ipsius plebe, et cum omnibus casis et rebus domnicatis et massariiciis ad eam pertinentibus, cum fundamentis ec. curtis ortis ec. olivetis ec. cultis rebus ec. movile vel inmovile seo semoventibus, omnia et in omnibus qualibet res in qualibet locis vel vocabulis, ad ipsa Eccl. S. Martini et S. Johan. et ad ipsas

Eccl. subjectis ipsius plebe est pertinentes aut pertinere debentur, in integrum te inibi ordinare et confirmare videor. Tali ordinem ut ab odierna die in tua q. s. Ansaldo presb. sint potestatem eas abendi ec. et eas privato nomine usufruct. diebus tantum vite tue, et in ipsis Eccl. quas tibi dedi, per te aut per tuam dispositionem officium Dei et luminaria seo missarum solemnita fieri debeant, et mihi q. s. Petrus Epis. vel posterisque ec. singulis quibusque annis obediendi et deserviendi chanonico ordine ut mos est. Sic namque vero ec. Unde duas ordinationis cartule uno tinore scripte una ad pars ipsius Epis. ec. abendi ec. et illa alia in tua q. s. ec. quam Petrum not. et schab. scribere rogavi. Actum Luca. Et hec ordinat. cartule facte sunt, anuo dn. nostri Berengarii gratia

Dei imp. augusto, anno imp. ejus sexto, quarto idus januarii, indit. nona.	† Ego Ildebertus presb. consensi ec.
† Ego Petrus gratia Dei hum. Epis. in hac ec.	† Ego Teupertus presb. et card. ec.
† Ego Sichardus presb. et card. cons. et subs.	† Ego Andrea presb. ec.
† Ego Benedictus presb. et card. ec.	† Ego Sutveribo subd. ec.
† Ego Stefanus presb. card. ec.	† Ego Sichiperto subd. ec.
† Ego Andreas presb. card. ec.	† Ego Paldus presb. ec.
† Ego Ghisalprando presb. card. ec.	† Ego Ardimannus presb. ec.
† Ego Richimundo presb. et viced. ec.	† Ego Sichelmus diac. card. ec.
† Ego Natalis presb. et card. ec.	† Ego Lopo presb. ec.
† Ego Petrus presb. et card. ec.	† Ego Sichimundo presb. ec.
† Ego Ghisalprandus presb. et card. ec.	† Ego Simprandus presb. ec.
† Ego Andreas presb. consensi ec.	† Ego Rachifonsus presb. ec.
† Ego Tassimannus presb. cons. ec.	† Ego Romaldus presb. ec.
† Ego Johau. diac. card. ec.	† Ego Leo presb. ec.
	<i>Poi vari altri</i>
	† Ego Petrus not. et schab. post tradit. ec.

DOCUMENTO MCXCII.

*Il sudd. Vescovo ordina il prete Leone nella Chiesa, e pieve distrutta di S. Giov. Batt. e S. Pietro di Ripule, nell'anno 922. Arch. Arc. * E. 58. Tom. IV. Par. II. Doc. 58.*

DOCUMENTO MCXCIII.

Il sudd. Vescovo allivella a Stefano figlio di Roderado una casa massaricia nel luogo Calubrina, nell'anno 923. Arch. Arc. † H. 52.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Berengarius ec. imp. ec. anno ec. octavo, pridie kal. aprilis, indit. undecima. Manifestu sum ego Petrus gratia Dei ec. quia per hanc cartula livell. nom. ad censum perexolvendum dare videor tibi Stefano filio qd. Roderadi, idest casa et res illa massaricia in loco et sinibus Calubrina, perteneutes Eccl. nostre S. Fridiani sita foras civitate ista lucense, que est de suppo- testatum ipsius Epis. nostro S. Martini, quas tu ipse ad manus tua abere videris: casa ipsa cum fundamento et edeficio suo, seo curte ortis terris vineis olivetis silvis virgareis pratis pascuis, cultis rebus vel incultis, omnia quantum ubicunque ad ipsa casa est pertinentes, in integra tibi eas livell. nomine dare videor. Tali ordine ut in tua vel de tuis hered. sint potestatem eas abendi imperandi ec. et in ipsa casa homines ad residendum et abita- tandum mittere debeatis. Nisi tantum pro omni censum et justitiam exinde mihi vel ad success. meis, per sing. annos reddere

debeat, per omnem mense magio hic Luca ad suprascripto domum Epis. nostro S. Martini, per nos aut per misso vestro, vobis vel ad ministerialem illam quas ibi pro tempore constitutum abuerimus, argen. den. bon. expend. numero viginti et sex, excepto isto mense magio proximo veniente, quas ipso censum nobis minime reddere debeatis tantum. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego q. s. Petrus Epis. una cum success. meis comp. tibi q. s. Stefano vel ad tuis hered. penam argen. solid. quinquaginta, quis taliter inter nos convenit; et duas inter nos car- tulas Petrum not. et schabinum scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Petrus gratia Dei hum. Epis. in hoc libello a me facto subs.
† Ego Odalberto rogatus a Petro Epis. me teste subs.
† Ego Tuolfo rogatus ec.
† Ego Fraolmi rogatus ec.
† Ego Eribrandus rogatus ec.
† Ego Petrus not. et schab. post tradit. ec.

DOCUMENTO MCXCIV.

Il sudd. Vescovo allivella a Fraolmi figlio di altro Fraolmi una casa massaricia in Sugrominio, nell' anno sudd. 923. Arch. Arc. † M. 14.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Berengarius ec. imp. ec. anno ec. octavo, quinto idus junii, indit. undecima. Manifestu sum ego Fraolmi filio b. m. item Fraolmi, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ad censum ec. idest casa et res illa massaricias in loco et finibus Sugrominio, ubi dicitur Castellionem, pertinentes Eccl. vestre S. Fridiani sita foras civitate ista lucense, que est de suppotestate suprascripti Epis. vestro S. Martini, quas casa et res ipsa regere videtur per Populo, et Ursulo ad manus suas abere videtur: casa ipsa cum fundamento et edeficio suo, seo curte orto ec. olivetis silvis ec. cultis rebus vel incultis, omnia quantum ubique ad ipsa casa est pertinentes, in integrum mihi eas dedisti. Tali ordiue ut in mea vel de meis hered. sint potestatem eas abendi ec. Nisi tantum ec. exinde tibi vel ad success. tuis, per sing. annos per omne mense octubris, censum reddere debeamus hic Luca ad suprascripto domum, per nos ec. vobis, vel ad ministerialem illum quas ibi pro tempore abueritis, argen. den. bon. expend. numero nove, et homines illos qui in ipsa casa abitautes fuerit, nos eos a mandato vestro ec. Sic tamen licentiam et pote-

statem abeamus suprascripta casa et res per libellum dare et emittere in una persona hominum cui voluerimus, et de ejus hered. ad suprascripto censum ad pars ipsius Eccl. singulis quibusque annis, ad pars ipsius Epis. vestro S. Martini perexolvendum, si ipsi in ipso libello permanere voluerint, et ipse censum sing. quibusque annis ad pars ipsius Epis. vestro reddiderit et perexolserit tantum. Et si a nos vobis per sing. annos taliter non adimpleverimus ec. spondeo ego q. s. Fraolmi una ec. aut cum illa persona hominum cui nos eas per libello dederimus, vel abere ec. et cum ejus hered. comp. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad success. tuis penam argen. solid. sexaginta: si in illo libello permanere voluerit, et ipso censum ad pars ipsius Epis. vestro sing. quibusque annis reddiderit et perexolserit, quia taliter ec. et duas ec. Petrum not. et schab. scribere ec. Actum Luca.

† Ego Fraolmi in unc libello ec.

.
.

† Ego Johannes not. rogatus ec.

† Ego Fraimundus not. rogatus ec.

† Ego Petrus not. et schab. post tradit. ec.

DOCUMENTO MCXCV.

*Il sudd. Vescovo allivella ad Isimbardo la Chiesa del Salvatore di Valdottavo, nell' anno sudd. 923. Arch. Arc. * M. 73.*

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Berengarius ec. imp. ec. anno ec. octavo, quarto idus junii, indit. undecima. Manifestu sum ego Isimbardo filio b. m. Andree, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest Eccl. illa cui vocabulum est Domini et Salvatoris sita loco et finibus Octavo, cum casa illa prope

eidem Ecclesia, pertinentibus Eccl. vestre S. Fridiani sita foras civitate ista lucense, que est de suppotestate suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, quas casa et res ipsa regitur a Dominicho; suprascripta Eccl. Domini et Salvatoris cum predicta casa cum fundamentis et edeficiis suis, cum curtis ortis terris vineis olivis silvis virgareis pratis pascuis, cultis rebus vel

incultis, omnia quantum ad ipsa Eccl. Domini et Salvatoris, et ad predicta casa est pertinentes, et suprascripto Dominicho exinde ad manus suas abere videtur, in integrum mihi eas livell. nomine dedisti: tali ordine ut in mea vel de meis hered. sint potestatem eas abeodi tenendi ec. Nisi tantum pro omni censum et justitia exinde tibi vel ad success. tuis per sing. annos reddere debeamus hic Luca in suprascripto domus per omne mense. . . . misso nostro vobis, vel ad ministerialem illum, quas ibi pro tempore constitutum abueritis, argen. solid. quinque de bonos den. expend. duodecim den. per sing. solid. rationatos, et in ipsa Domini Eccl. per nostram dispositionem officium Dei

et luminaria seo missarum solemnna fieri debeam, et homines qui in ipsa casa habitantes fuerit, nos eos a mandato vestro ec. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego q. s. Isimbardo una cum meis hered. comp. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad success. tuis penam argen. solid. centum, quia taliter inter nos convenit, et duas inter nos cartulas Petrum not et schab. scribere rogavimus. Actum Luca.

Signum † ms. Isimbaldi qui hunc libell. ec.

† Ego Leo not. rogatus ec.

† Ego Johan. not. rogatus ec.

† Ego Ostripertus not. rogatus ec.

† Ego Fraimundas not. rogatus ec.

† Ego Petrus not. et schab. post tradit. ec.

DOCUMENTO MCXCVI.

*Il sudd. Vescovo ordina il prete Pietro figlio del fu Ruchifuso nella pieve di S. Terenzio di Rogiana, nell'anno sudd. 923. Arch. Arc. * C. 6.*

† Petrus gratia Dei hujus sancte luc. Eccl. humil. Epis. una cum consensu sacerdotum meorum, seu filii ipsius Eccl. ordinare videor te Petrus presb. filio qd. Ruchifusi in eo ordine sicut supter adnexum fuerit, in Eccl. illa qui vocabulum est beati S. Johan. Batiste, et S. Terentii sita loco, et finibus Rogiana, quod est plebem baptismalis, pertinentes ipsius Eccl. Epis. nostro S. Martini. In suprascripta Eccl. S. Johan. et S. Terentii te ordinare et confirmare videor, ut in tua sint potestatem omnibus diebus vite tue cum aliis Ecclesiis subjectis ipsius plebis, sive cum omnibus casis et rebus dominicatis et massaricis ad eam pertinentibus, cum fundamentis et edeficiis suis, curtis ortis terris ec. movile vel immovile seo semoventibus, servos et ancillas, omnia et in omnibus quantum ubique in qualibet locis vel vocabulas ad jam dicta Eccl. S. Johannis et S. Terentii est pertinentes, in integrum tibi dare videor. Tali ordinem ut ab hodierna die in tua q. s. Petrus presb. sint potestatem eas habendi ec. et in ipsis Ecclesiis quas tibi dedi, per te aut per tuam dispositionem

officium Dei et luminaria, seo missarum solemnna fieri debeam, et mihi q. s. Petrus Epis. vel ad posterisque success. meis singulis quibusque annis obediendi et deserviendi ut mos est. Sic namque vero ec. Unde duas ordinationis cartule uno tenore scripte, una ad pars ipsius Epis. nostro abendi et ostendendi, alia in tua q. s. Petrus presb. sit potestatem abendi et ostendendi Petrum not. et schab. scribere rogavi. Actum Luca.

Et hec ordinationis cartule facte sunt anno dn. Berengarius gratia Dei imperii ejus anno octavo, sexto kal. julii, indit. undecima.

† Ego Petrus gratia Dei hum. Epis. in hac ordinationis cartula a me facta subs.

† Ego Andreas presb. et cardinalis in hanc ordinatione consensi et subs.

† Ego Stephanus presb. et cardinalis ec.

† Ego Sichardus presb. et card. ec.

† Ego Oppertus presb. et card. ec.

† Ego Benedictus presb. et card. ec.

† Ego Natalis presb. et card. ec.

† Ego Ghisalprandus presb. et card. ec.

† Ego Andreas presb. in hanc ordinat. consensi.

† Ego Lopo presb. ec.
 † Ego Ansifredus presb. ec.
 † Ego Fridianus presb. ec.
 † Ego Petrus presb. ec.
 † Ego Domniperto presb. ec.
 † Ego Daiprandus archid. in anc ordi-
 natione consensi.

† Ego Johannes diac. et card. ec.
 † Ego Suaverichi diac. ec.
 † Ego Baldo diac. et card. ec.
 † Ego Boso diac. ec.
 † Ego Petrus not. et schab. post tradit. ec.

DOCUMENTO MCXCVII.

*Il sudd. Vescovo ordina il prete Willerado nella Chiesa e beni di S. Frediano, e S. Vincenzo, nell'anno sudd. 923. Arch. Arc. * B. 39.
 T. IV. Par. II. Append. Doc. 61.*

DOCUMENTO MCXCVIII.

*Rottruda Abbadessa del Monastero dei SS. Giacomo e Filippo, e S. Ponziano posto presso la porta S. Pietro, allivella la Chiesa e beni di S. Michele Arcangelo di Castelnuovo, a Romaldo, Roppaldo, e Sicolfo, nell'anno sudd. 923. Arch. di S. Ponziano * 2.*

Exemplar. In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni a regnante dn. nostro Berengarius gratia Dei ec. anno ec. octavo, quarto nonas novembris, indit. duodecima. Manifestu sum ego Rottruda in Xti. nomine Abbatissa Monasterio beati S. Jacobi et Filippi et S. Pontiani, sito foras civitate ista lucente prope porta S. Petri, quia per anc cartula livell. nomine ad censum perexolvendum dare videor vobis Romaldo filio b. m. Romaldi, et Roppaldo filio b. m. Ildoini, seo Sicolfo filio b. m. Gherinoti: idest Eccl. illa cui vocabulum est beati Michaeli Arcangeli sito loco et finibus Castronovo, pertinentes suprascripti Monasterii nostri. Eccl. vero ipsa cum fundamento et omnem edeficio suo, seo terra et orto atque terris et vineis. seo silvis quod sunt dominicatis ad suprascripta Eccl. S. Michaelis Archangeli pertinentibus, una cum res illa in loco ubi dicitur Romtano finibus Castronovo, pertinentes suprascripte Eccl. Jam dicta Eccl. cum fundamento, et omnem edeficio suo, seo terra et orto atque terris et vineis, seo silvis virgaregis (virgareis) quod sunt dominicatis, seo et predicta res in jam dicto loco Romtano, in integrum vobis eas livellario nomine dare videor. Tali

ordine ut da admodum in vestra q. s. Romaldo et Roppaldo, seo Sicolfo, vel de vestris heredibus, hac proeredibus sint potestatem eas abendi tenendi imperandi ec. et in ipsa Dom. Eccl. per vestram dispositionem officium Dei et luminaria seo missarum solemnias fieri debeat. Nisi tantum per omne ceusum et juxtitia exinde mihi vel ad posterasque successatrices meas, per singulos annos per omne mense januario, rendere debeatis a pars suprascripti Monasterii nostris, per vos aut per misso vestro, nobis vel ad misso nostro, aut a ministerialem illum quas in ipso Monasterio pro tempore abuerimus, vel ad illum hominem qui suprascripta res in beneficio abuerit, argen. den. bon. expend. num. viginti et quatuor tantum. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego q. s. Rottruda Abbatissa una cum posterasque successatrices meas componere vobis q. s. Romaldo et Roppaldo seo Sicolfo vel ad vestris heredibus ac proeredibus penam argentum solid. centum. Unde inter nos duo libelli Framundum not. scribere rogavimus. Actum Luca.
 Signum † ms. Rottrude Abb. qui hunc libellum fieri rogavit.

Seguono 5 testimonj.

- † Ego Flaipertus schab. subs.
 † Ego Fraimundus not. post traditam complevi et dedi.
 † Ego Wido not. dn. imp. autenticho illo exemplavi.
 † Ego Julchardus not. imp. autenticho illo

vidi et legi; unde hunc exemplar facta est ic subs.

- † Ego Wido not. dn. imp. autenticho illo vidi et legi; unde anc exemplar facta est ic subs.
 † Ego Emmo autenticho illo vidi et legi; unde unc exemplar facta est, et ic subs.

DOCUMENTO MCXCIX.

Flaiperto scabino cambia beni e case in Lucca col Vescovo Pietro, nell'anno 924. Arch. Arc. † K. 85.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Berengarius ec. anno ec. nono: duodecimo kal. aprilis, iadii. duodecima. Manifestu sum ego Flaiperto schab. filio b. m. Flaiperti clerici, quia convenit mihi una tecum Petrus gratia Dei ec. ut inter nos de aliquantis casis et rebus comutationem facere deberemus, sicut et factum est. Proinde ego q. s. Flaiperto schab. in comutationem dare et tradere videor tibi ad parte Eccl. vestre S. Petri, sito infra civitate ista lucense que dicitur ad Vincula, et a pars Eccl. vestre S. Thome Apostoli similiter infra civitate ista lucense, que sunt de suppotestatem ipsius Epis. vestro S. Martini, idest casa mea illa quam abeo infra civitate ista lucense prope Eccl. S. Petri, et prope suprascripto domum Epis. vestro S. Martini, cum fundamento seo curte et casalino in quo fuit casa, sive terra et puteo insimul amembratas, tenentes uno caput cum uno lato in via publica, alio caput tenet in fundamento de casa que fuit qd. Teudimundi presbiteri, et alio lato tenet in classo et in curte que fuit jam dicti qd. Teudimundi presb. Casa ipsa quod est solario cum fundamento et edeficio suo, seu fundamento in qua fuit casa et curte seo puteo insimul amembratas, qualiter circumdata est per designatas locas, quale est per mensura ad juxta pertica mensuratas sist. tres, cum petie que sunt super ipsa terra, in integrum tibi eas in comutationem dare et tradere ad pars suprascripte Eccl. vestre S. Petri, et S. Thome, sive predicti Epis. vestro S. Martini. Seu et dare videor tibi

in comotationem ad pars predictae Eccl. vestre S. Petri et S. Thome, sive predicto Epis. vestro S. Martini, una petia de terra mea illa quam abeo prope Silice, et prope Eccl. Domini et Salvatoris, qui uno caput tenet in terra Chunimundi, alio caput in terra Teuperti, lato uno tenet in terra suprascripti Chunimundi, et in terra dn. regi, et in terra predicti Teuperti, alio lato tenet in terra Friderade. De suprascripta petia de terra qualiter circumdata est per designatas locas tibi exinde in comutationem dare et tradere videor ad pars predictae Eccl. vestre S. Petri et S. Thome, sive predicti Epis. vestro S. Martini, sist. decem et novem, et schala una, per mensura ad juxta perticha mensuratas cum fossis suis in integrum. Et pro suprascripta casa quod est solario cum fundamento et edeficio suo, seo fundamento in qua fuit casa et curte seu terra et puteo, sive predicta petia de terra, quas tibi in comutationem dedi ad pars predictae Eccl. vestre S. Petri et S. Thome, sive et predicti Epis. vestro S. Martini, recepi ad te in comutationem de pars suprascripte Eccl. vestre S. Petri et S. Thome Apostoli, sive predicti Epis. vestro S. Martini, idest casa illa hic infra civitate ista lucense prope Eccl. S. Thome Apostoli et prope muro istius civitatis ubi prope muro istius civitatis fluvio Auserclo modo currit, quas casa ipsa cum terra et orto pertinere videtur suprascripte Eccl. vestre S. Petri que dicitur ad Vincula, et est tenentes casa ipsa cum fundamento et edeficio suo, seu curte orto in-

simul amembratas, uno caput cum uno lato in muro istius civitatis, alio caput tenet in terra et orto, que dicitur Curte Cicula, que est pertinentes de Monasterio illo sita Briscia que dicitur S. Julie, et in terra Eccl. vestre S. Thome Apostoli, que est de suppositatam ipsius Epis. vestro S. Martini, quas ipsa petia de terra per hanc cartulam in comutationem ad te recipere videor, et alio lato tenet in via publica: casa ipsa cum fundamento et edeficio suo, seu curte et orto insimul amembratas, qualiter ab omnis parte circumdata est per designatas locas, quod est per mensura ad justa perticha mensuratas schalas triginta una et dimidia, in integrum ad te eas in comutationem recepi de pars suprascripte Eccl. vestre S. Petri, et predicti Epis. vestro S. Martini. Seu et recepi ad te in comutationem de pars suprascripte Eccl. vestre S. Thome Apostoli, et predicti Epis. vestro S. Martini, idest suprascripta petia de terra quod est orto, infra civitate ista lucense, qui uno capo tenet in suprascripta petia de terra, quas ad te in comutationem recepi, alio caput tenet in via, que percurrit ad suprascripta terra que dicitur Curte Cicula, lato uno tenet in predicta terra que dicitur Curte Cicula, et alio lato tenet in via: petia ipsa de terra, quod est orto, qualiter circumdata est per designatas locas cum sepis et arboribus suis, quod est per mensura ad juxta perticha mensuratas sist. tres et schala una, in integrum ad te eas in comutationem recepi de pars predicte Eccl. S. Thome Apostoli, et suprascripti Epis. vestro S. Martini. Atque et recepi ad te in comutationem una alia petia de terra, quod est orto, infra civitate ista lucense prope suprascripta terra, quas ad te in comutationem recepi, per-

tinentes suprascripte Eccl. S. Petri, que dicitur ad Vincula, qui uno caput tenet in via, alio caput tenet in terra S. Alexandri, alio lato tenet in terra S. Georgii, petia ipsa de terra qualiter circumdata est per designatas locas, quod est per mensura ad justa perticha mensuratas schalas tres, in integrum mihi eas in comutationem dedisti de pars suprascripte Eccl. S. Petri, et jam dicti Epis. vestro S. Martini. Ubi et super hanc comutationem secundum legem tu ipse q. s. Petrus Epis. direxisti missos tuos, idest Ghisolfus filio b. m. Georgii not. et Johan. filio b. m. Adalperti schab. seu Durantus not. et schab. filio Roppaldi schab. Et Wido dux direxit missos suos: Hi sunt Ghisalperti schab. filio b. m. Petri not. et Adalmando germanus ipsius Ghisalperti schab. sive Aufridi filio b. m. Gaufridi, qui ambulaverunt et previderunt ec. Unde repromitto ego q. s. Flaiperto schab. una cum meis heredes tibi q. s. Petrus Epis. ec. spondeo ego q. s. Flaiperto schab. una cum meis heredes comp. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad posterisque success. tuis, aut eidem homini cui vos suprascripta casa, quod est solarium, seu fundamento curte et orto, sive terra et puteo, et petia de terra quas tibi in comutationem dedi, dederitis vel abere decreveritis, predicta casa quod est solarium quas tibi in comutationem dedi, in duplum infer quidem loco sub estimationem quales tunc fuerint, quia taliter inter nos convenit, et duas inter nos comutationis cartulas Teutpaldum not. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Flaipertus schab. in hanc comutationis cartula a me facta manu mea subs. *Seguono i mandati, poi varj testimonj.*
† Ego Teutpaldus not. post traditam ec.

DOCUMENTO MCC.

Pietro not. e schabino cambia beni in Petrurio con Pietro Vescovo, nell' anno sudd. 924. Arch. Arc. † K. 39.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eteroi. Berengarius ec. anno ec. nono, septimo kal. aprilis, indit. duodecima. Manifestu sum ego Petrus not. et schab. filio b. m. Daniel, *Barsocc. Tom. V. Par. 111.*

quia convenit mihi una tecum Petrus gratia Dei bujus S. luc. Eccl. hum. Epis. ut inter nos de aliquantis rebus comutationem facere deberemus, sicut et factum est. Proin-

de ego q. s. Petrus not. et schab. per hanc cartulam in comutationem dare et tradere videor tibi q. s. Petrus Epis. ad pars Eccl. vestre S. Cholumbani sito foras civitate ista lucense, que est de suppotestatem suprascripti Epis. vestro S. Martini, idest una petia de terra mea illa, quam abeo in loco et finibus Peturzio que dicitur campo Canduli, et vocitatur ad Pratale, que uno capo tene in via publica, alio capo tene cum uno lato in terra que fuit qd. Auderami, alio lato tene in terra Johan. suprascripta petia de terra, qualiter ab omnis parte circumdata est per designatas locas cum cesis et fossis suis, quod est per mensura ad justa perticha mensurata sist. sex, in integrum tibi eas in comutationem dare et tradere videor ad pars suprascripte Eccl. S. Cholumbani, et predicti Epis. vestro S. Martini. Et pro suprascripta petia de terra, quas tibi in comutationem dedi, recepi ad te in comutationem de pars suprascripte Eccl. vestre S. Cholumbani, idest una petia de terra illa, quod est sterpeto, in suprascripto loco et finibus Peturzio, ubi dicitur Picaccele, pertinentes suprascripte Eccl. vestre S. Cholumbani, et est tenentes ipse petia de terra quod est sterpeto, uno capo cum uno lato in terra qui fuit qd. Adalberti, alio capo tene in terra qui fuit Eccl. S. Romani, et alio lato tene in terra qui fuit qd. Romaldi: petia ipsa de terra quod est sterpeto, qualiter ab omnis parte cir-

cundata est per designatas locas, quod est per mensura ad juxta perticha mensuratas sist. tres et schalas una, in integrum ad te eas in comutationem recepi de pars suprascripte Eccl. S. Cholumbani, et predicti Epis. vestro S. Martini. Ubi et super hanc comutationem in q. s. Petrus Epis. direxisti missos tuos. Hi sunt Daiprando archidiac. ac filio b. m. Auderami, et Johan. not. filio b. m. Peritei, seo Leo not. filio b. m. Ildighisi, qui ambulaverunt ec. Unde repromitto ego q. s. Petrus not. et schab. ec. spondeo ego q. s. Petrus not. et schab. una cui vos suprascripta petia de terra, quas tibi in comutationem dedi de pars predicta Eccl. vestre dederitis, vel abere decreveritis, suprascripta petia de terra in duplum, infer quidem loco sub extimatione quales tunc fuerint, quia taliter inter nos convenit, et duas inter nos comutationis cartule Fraimundum not. scribere rogav. Actum Luca. † Ego Petrus not. et schab. in hanc comutationis cartula a me facta subs. † Ego Daiprandus archid. sicut ec. † Ego Johannes not. sicut ec. † Ego Leo not. sicut ec. † Ego Leo not. rogatus ec. † Ego Ostripertus not. rogatus ec. † Ego Ildipertus not. rogatus ec. † Ego Teudimundus not. rogatus ec. † Ego Ghisalperto schab. subs. † Ego Fraimundus not. post tradit. ec.

DOCUMENTO MCCL.

Pietro Vescovo allivella casa e beni in Montealto a Walperto, nell'anno sudd. 924. e stile pisano 925. Arch. Arc. †† B. 47.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarnat. ejus nongentesimo vigesimo quinto, tertio kal. novembris, indit. 13. Manifestu sum ego Walberto filio qd. Alli, que Gillo vocabatur, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ec. idest casa et res illa in loco et finibus ubi dicitur Montealto, quas ego ipsi ad manus mea abere videor, pertinentes Eccl. S. Stefani sita loco Cisiano, que est de suppotestate suprascripti Epis. vestro S. Martini: casa vero ipsa cum fundamento

et edificio suo, seo curte orto ec. omnia quantum ad ipsa casa est pertinentes, et ego ipsi modo exinde ad manus ec. in integrum ec. Tali ordinem ut da admendum in mea vel de meis hered. sint potestatem eas abendi ec. et ibidem residenti ec. Nisi tantum ec. exinde tibi vel ad success. tuis per sing. annos, per omne mense september reddere debeamus hic Luca, per nos aut ec. vobis vel ec. aut ad ministerialem ec. vel ad illum hominem qui suprascripta casa et res da vobis in

beneficio abuerit, argen. dea bon. expend. numero decem et septem, et a mandato vestro venire ec. Et si a nos vobis hec omnia qualiter superius ec. per sing. annos sic ec. aut si suprascripta casa et res ec. relaxaverimus, vel si per nos pegiorata ec. spondeo ego q. s. Walberto una cum meis hered. comp. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad success. tuis penam argen. solid. vi-

ginti, quia taliter ec. et duo libelli Fraimundum not. scribere ec. Actum Luca. Signum † ms. Walberti qui ec.
 † Ego Teutaldus not. rogatus ec.
 † Ego Petrus not. et schab. subs.
 † Ego Leo not. rogatus ec.
 † Ego Sichardus not. rogatus ec.
 † Ego Amalbertus not. rogatus ec.
 † Ego Fraimundus not. post traditam ec.

D O C U M E N T O MCCII.

Il sudd. Vescovo ordina nella pieve di Camajore il prete Benedetto, nell'anno 925 Arch. Arc. † 66.

In Xti. nom. Qualiter ego Petrus gratia Dei hujus sancte luc. Eccl. hum. Epis. una per consensum sacerdotum meorum, seo filii ipsius Eccl. ordinare videor te Benedicto presb. . . . berna in eo ordine sicut supter adnexum fuerit, in Eccl. illa cui vocabulum est beati S. Johan. Battiste, et S. Stefani, quod est plebe battismale sita loco et finibus Campo Majore, que est de suppotestate ipsius Epis. nostro, in jam dicta Eccl. S. Johan. Battiste et S. Stefani, quod est plebe battismale, te inibi ordinare, et confirmare videor in integrum, ut in tua sit potestatem diebus vite tue cum omnibus casis et rebus domnicatis et massariciis, et cum aliis Eccl. subjectis ipsius plebe, cum fundamentis et edificiis suis, seo curtis ortis ec. omnia et in omnibus quantum ubique et qualibet locas vel vocabulas ad jam dicta plebe est perteenente, sicut perteenere debentur, in integrum tibi eas dare videor. Tali ordine ut in tua q. a. Benedicto presb. sint potestatem eas abendi tenendi ec. et in ipsis Ecclesiis, quas tibi dedi, per te aut per tuam dispositionem officium Domini et luminaria, adque incensum seo missarum solemnia fieri debeas. Et mihi q. s. Petrus Epis. vel ad posterisque success. meis, singulis quibusque annis obediendi et deserviendi canonicho ordine, ut mox est: sic namque vero ut non abeas potestatem neque licentiam ec. Unde duas ordinationis cartule uno tinore scritte, una ad pars ipsius Epis. nostro abendi et ostendendi, et illa alia in tua q. s. Benedicto presb. sint potestatem abendi et ostendendi, Petrum not. et schab. scribere rogavi. Actum Luca. Et

hec ordinationis cartule facte sunt anno ab incarnat. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni nonagesimo vigesimo quinto, quartum nonas februarii, indit. tertiadecima.
 † Ego Petrus gratia Dei humilis Epis. in hac ordinat. cartula a me facta subs. ec.
 † Ego Daiprandus archidiaconus in anc ordinationem consensi et subs. ec.
 † Ego Stephanus presb. card. in anc ordinatione consensi et subs. ec.
 † Ego Andreas presb. card. in anc ordinatione consensi et subs. ec.
 † Ego Benedictus presb. card. in anc ordinatione consensi et subs. ec.
 † Ego Roppertus presb. card. in anc ordinatione consensi et subs. ec.
 † Ego Natalis presb. et card. in hanc ordinatione consensi et subs. ec.
 † Ego Gisalprandus presb. et card. in anc ordinatione subs. ec.
 † Ego Petrus presb. et card. anc ordinat. subs. ec.
 † Ego Andreas presb. in anc ordinatione subs. ec.
 † Ego Benedictus diaconus in anc ordinatione subs. ec.
 † Ego Johan. diac. card. et cant. subs. ec.
 † Ego Suetvericho diac. et card. subs. ec.
 † Ego Ardimannus diac. et card. subs. ec.
 † Ego Paldus presb. in anc ordinat. subs. ec.
 † Ego Daiprandus presb. in anc ordinat. subs. ec.
 † Ego Ardimannus presb. in anc ordinat. subs. ec.
 † Ego Leopraudus presb. in anc ordinat. subs. ec.
 † Ego Lopo presb. in anc ordinat. subs. ec.
 † Ego Petrus not. et schab. post tradit. ec.

DOCUMENTO MCCIII.

*Il sudd. Vescovo allivella a Giov. Pietro, Ghisalperto, ed altri la metà della rocca di Anchiano, colla Chiesa di S. Pietro e S. Frediano di detto luogo, con diversi patti, nell'anno sudd. 925. Arch. Arc. * L. 37. Tom. IV. Par. II. Doc. 59.*

DOCUMENTO MCCIV.

*Il sudd. Vescovo allivella alcune terre in Camajore ad Alperto, nell'anno sudd. 925. e stil. Pis. 926. Arch. Arc. * A. 11.*

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarnat. ejus nongentesimo vigesimo sexto, tertio idus junii, iudit. 13. Manifestu sum ego Alperto filio b. m. Benedicti, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest quatuor petiis de inter terris et vineis, seo. . . . peto in loco et finibus Campo majore, ubi dicitur Platia prope Eccl. S. Johan. et S. Stefani, quod est plebe batismale, pertinente Eccl. vestre S. Michaelis Arcangeli, quod est de suppotestate suprascripti Epis. vestro S. Martini; qui una ex ipse petia de terra, quod est vinea, est tenentes uno capo in via publica, alio capo cum uno lato tenet in terra suprascripti Epis. vestro S. Martini, alio lato tenet in terra Eccl. S. Petri: et ille secunda petia de terra vocitatur ad . . . est tenentes uno capo in terra Eccl. S. Stefani, alio capo tenet in terra Eccl. S. Fridiani, lato uno tenet in terra Chunimundi, alio lato tenet in terra Eistaldi: et ille tertia petia de terra vocitatur ad Casaticho, est tenentes uno capo in terra S. Andree, alio capo in terra Eccl. S. Petri, lato uno tenet in terra Eccl. S. Petri, alio lato tenet in terra Eccl. S. Stefani: et ille quarta petia de terra, quod est sterpeto, tenentes uno capo in rivo qui dicitur Sicchuli, alio capo

tenet in Padule, et lato uno tenet in terra Eistaldi, alio lato tenet in terra que dicitur Dallese. Suprascriptis quatuor petiis de terris et vineis, seo sterpeto, qualiter ab omnis parte circumdate sunt per designatas locas, in integrum mihi eas livell. nom. dedisti. Tali ordinem, ut da admodum in mea vel de meis heredes sint potestatem eas abendi ec. Nisi tantum pro omni censum et justitia exinde tibi vel ad success. tuis per sing. annos per omne mense januario, reddere debeamus ad pars ipsius Epis. vestro, vobis vel ad ministerialem illum, quas ibi pro tempore constitutum abueritis, argen. den. bon. expend. numero nove tantum. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego q. s. Alperto cum meis heredes, comp. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad success. tuis penam argen. solid. decem, quia taliter ec. et duos libelli Johan. not. scribere rogav. Actum Luca.

Signum † ms. Alperti ec.

Signum † ms. Salamoni qui Winitio vocatur testis ec.

† Ego Trasimundo rogatus ec.

† Ego Gheripaldo rogatus ec.

† Ego Romualdo rogatus ec.

† Ego Johannes not. post traditam ec.

DOCUMENTO MCCV.

Il sudd. Vescovo allivella la Chiesa di S. Paulo del luogo Stazione ad Adalfridi, nell'anno 926. e stil. Pis. 927. Arch. Arc † O. 12.

† In nom. Dom. nostri J. Xti Dei eterni. Anno ab incarnat. ejus nongentesimo vigesimo septimo, idus magias, indit. quarta-

decima. Manifestu sum ego Adalfridi que Allo vocatur filio qd. Aufridi, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom

ad censum ec. idest Eccl. illa sita in loco et finibus Statione, cui vocab. est S. Pauli, pertinentes suprascripti Epis. vestri S. Martini, quas ego ipse Eccl. S. Pauli ad manus mea ec. Eccl. vero ipsa una cum cassina illa prope ipsa Eccl. cum fundamentis ec. curtis ec. olivis ec. cultis vel incultis, omnia quantum ad ipsa Eccl. S. Pauli et predicta cassina est pertinentes, et ego ipse modo ad manus ec. mihi eas livell. nom. dedisti. Tali ordinem ut in mea q. s. Adalfridi, seo Sichifridi presb. filio meo sint potestatem eas abendi ec. et in ipsa Eccl. S. Pauli per nos q. s. Sichifridi presb. vel per nostram dispositionem officium Dei ec. et in ipsa cassina homines ad residendum ec. et tam ipsa Eccl. seo cassina et res bene laborare ec. Nisi tantum ec. per sing. annos

per omne mense octobris ad pars ipsius Epis. vestro S. Martini reddere ec. per nos aut ec. vobis vel ad misso vestro argen. bon. expend. numero duodecim, et homines illos qui in ipsa cassina abitant ec. nos eos a mandato ec. hic Luca ec. Et si a nos vobis hec omnia ec. per sing. annos sic non fuerit ec. spondeo ego q. s. ec. una ec. comp. tibi q. s. ec. penam argen. solid. quia taliter ec. et duas ec. Johan. not. scribere ec. Actum Luca .
Signum † ms. Adalfridi qui ec.

.
† Ego Petrus not. et schab. subs.
. tiprandus rogatus ec.
. chimundus not. rogatus ec.
. post traditam ec.

DOCUMENTO MCCVI.

Il sudd. Vescovo allivella ad Ataprandu beni in Oupacule, nell'anno sudd. 926. e stil. Pis. 927. Arch. Arc. †† L. 59.

† In nom. Dom. nostri J. Xti Dei eterni. Anno ab incarnatione ejus nongentesimo vigesimo septimo, sexto idus magii, indit. quartadecima. Manifestu sum ego Ataprandu filio qd. Luciprandi, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum ec. idest fundamento illo in qua fuit casa massaricia, in loco et finibus ubi dicitur Oupacule, pertenentes Eccl. S. Michaelis Arcangeli sita foras civit. ista lucense, qui est de suppotestate ec. quas ego ipsi ad manus meas abere videor: fundamento ipso in qua fuit casa massaricia, cum curte orto terris vineis olivis ec. cultis rebus ec. homnia quantum ubique ad suprascripta casa est pertinentes, et ego ipse exinde ad manus ec. in integrum mihi eas dedisti. Tali ordinem ut ego vel meis heredes in ipso fundamento et res cassina levare et claudere seo coperire debeam, et tam ipsa cassina quam et res bene laborare et gubernare ec. et exinde tibi vel ad success. tuis per sing. annos in ipso loco reddere debeam medietatem vinum purum

et lora, et medietatem oleo. Excepto et anteposito exinde de tres petiis de terris illis quod sunt vineis in ipso loco, unde vobis mediet. lora reddere debeatis; et per sing. annos per omne mense septembrio vobis reddere debeam hic Luca, ad suprascripto Epis. vestro S. Martini, per nos aut per misso nostro vobis ec. argen. den. bon. expend. numero quindecim, et a mandato vestro venire ec. hic Luca ec. Et quando per vindemiam super palmentum ibi misso vestro venerit, nos eos recipere et gubernare debeamus tantum. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego cum meis hered. comp. tibi vel ad success. tuis penam argen. solid. triginta, quia taliter ec. et duas ec. Johan. not. scribere ec. Actum Luca .

Signum † ms. Ataprandi qui ec.

.
.
.
.

DOCUMENTO MCCVII.

*Il sudd. Vescovo allivella ad Arighisi una casa massaricia nel luogo Setturia, nell'anno sudd. 926. Arch. Arc. * E. 55.*

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarnationis ejus nonagesimo vigesimo sexto, kal. junias, indit. quartadecima. Manifestu sum ego Arighisi filio qd. Benedicti, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum ec. dedisti mihi, idest casa et res illa massaricia in loco et finibus Setturia, perteneantes suprascripti Epis. vestro S. Martini, quas Johan. et Magulo ad manus suas abuerunt: casa ipsa cum fundamento et edelicio suo, seo curte orto ec. olivis ec. omnia quantum ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascripta casa est pertinentes, et suprascripti Johan. et Magulo exinde ad manus suas abuerunt, in integrum mihi eas dedisti. Tali ordine ut da admodum in mea q. s. ec. vel de meis heredes sint potestatem suprascripta casa et res abendi tenendi ec. et nobis eas priv. nom. usufructuandi. Nisi tantum ec. exinde tibi, vel ad successoribus tuis per singulos annos,

ad parte ipsius Epis. vestro S. Martini, reddere debeamus hic Luca ad suprascripto Epis. vestro, per omnem mense septembrio per nos aut per misso nostro, vobis vel ad ministerialem illum, quas ibi ec. argen. den. bon. expend. numero sexaginta et sex tantum. Et si a nos vobis hoc omnia ec. spondeo ego q. s. Arighisi una cum meis heredes, comp. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad success. tuis penam argen. solid. quinquaginta, quia taliter ec. et duas ec. Petrum not. et schab. scribere rogavimus. Actum Luca.

Signum † ms. Arighisi qui hunc libellum ec.

† Ego Framundus not. rogatus ec.

Signum † ms. Rodolfi filio qd. Alboni testis ec.

† Ego Ildibertus rogatus ec.

† Ego Petrus rogatus ec.

† Ego us rogatus ec.

† Ego Petrus not. et schab. post trad. ec.

DOCUMENTO MCCVIII.

Il sudd. Vescovo ordina il prete Adalprando nella pieve di S. Giov. Batt. di Cappiano, nell'anno sudd. 926. stil. Pis. 927. Arch. Arc. † G. 1.

† In Dei nomine. Qualiter ego Petrus gratia Dei hujus S. Luc. Eccl. humilis Epis. qualiter una per consensum sacerdotum meorum, seu filii ipsius Eccl. ordinare videor te Adalprando presbitero filio qd. Ataprandi, que Ato vocabatur, in eo ordine sicut supter adnexum fuerit, in Eccles. illa cui vocabulum est beati S. Johan. Baptiste, et fuit vocabulum S. Petri, quod est plebe baptismale sita loco et finibus Cappiano, qui est de suppotestatem ipsius Eccl. Episc. vestro S. Martini, in jam dicta Eccl. S. Johan. Baptiste, et fuit S. Petri, sive cum aliis Eccl. subjectis ipsius plebis, et in omnibus casis et rebus pertinentibus ipsius plebem, ut in tua sint

potestatem diebus vite tue, eas abendi tenendi imperandi gubernandi laborare faciendi meliorandi, et tibi eas privatum nom. usufructuandi diebus vite tue tantummodo, et in ipsis Eccl. quas tibi dedi pertinentibus, per tuam dispositionem officium Dei et luminaria, seu missarum solemnias adque incensum fieri debeam. Et exinde mihi qui supra Petrus Epis. vel ad posterisque subcessoribus meis, singulis quibusque annis obediendi atque deserviendi canonico ordinem, ut mox est. Sic namque vero ut non abeas potestatem, neque licentia ec. Unde duos ordinationis cartule uno tinore scripte, una ad pars ipsius Episc. nostro abendi et ostendendi, illa

alia in tua qui supra Alprando sint potestatem, eas abendi et ostendendi, quam Johannem not. scribere rogavi. Actum Luca. Et hec ordinationis cartule facte sunt, anno ab incarnationis Dom. nostri Jesu Xti. nouagesimo vigesimo septimo, sexto decimo kal. julias, indit. quartadecima.

- Ego Petrus grat. Dei humilis Episc. hec ordinationis cartula a me facta subs.
 † Ego Andreas presb. et card. consensi, et subs. in hanc ordinationem ec.
 † Ego Stefanus presb. cardinalis in hanc ordinationem consensi ec.
 † Ego Benedictus presb. cardinalis in anc ordinationem ec.
 † Ego Roppertus presb. cardinalis in hanc ordinationem ec.
 † Ego Natalis presb. cardinalis in hanc ordinationem ec.
 † Ego Sicardus presb. et primicerius in hanc ordinationem ec.
 † Ego Gisalprandus presb. cardinalis in hanc ec.
 † Ego Zenobius diac. subs.
 † Ego Johann. diac. et cardinalis et cantor subs.

- † Ego quidem Petrus presb. subiectus ipsius plebis consensi et subs.
 † Ego Andreas presb. subiectus ipsius plebis consensi et subs.
 † Ego Romano presb. et vicedomino in anc ordinationem subs.
 † Ego Leoprandus presb. in anc ordinationem subs.
 † Ego Ildebertus presb. in anc ordinationem ec.
 † Ego Rachifonsus presb. in anc ec.
 † Ego Andreas presb. in anc ec.
 † Ego Baldo diac. ec ordinationis subs.
 † Ego Ursimanno presb. in anc ordinat. subs
 † Ego Daiprando presb. in anc ec.
 † Ego Benedictus presb. in ac ordinatione subs.
 † Ego Johannes diac. in ac ordinat. subs.
 † Ego Alboni diac in ac ordinat. subs.
 † Ego
 † Ego Teupertus subs.
 † Ego Ursus subs.
 † Ego Odenatus subd. subs.
 † Ego subd. subs.

DOCUMENTO MCCIX.

*Il sudd. Vescovo allivella un casalino nel luogo Liciniano ad Alboino e Andrea, nell' anno sudd. 926. Arch. Arc. * L. 10.*

† In nom. Dom. Dei eterni. Hugho divina ordinante providentia rex, anno regni ejus primo, tertium nonas septembris, indit. quintadecima. Manifesti sumus nos Alboini filio qd. Alperti de Quaratiana, et Andreas filio qd. Firmi, quia tu Petrus gratia Dei ec. per cartula livell nomine ad censum perexolvendum dedisti nobis, idest casalino et fundamento illo in qua fuit e casa massaricia in loco Luciniano, pertinentes Eccl. vestre S. Viti de eodem loco Luciniano, que est de subpotestate ipsius Epis. vestro S. Martini, qui recta fuit per qd. Ursulo: casalino ipso cum fundamento et edificio suo, curte orto terris vineis olivis silvis ec. omnia quantum ec. et suprascripti Ursulo ec. in integrum nobis eos dedisti: tali ordinem

ut da admodum in nostra qui supra Alboini et Andreas vel de nostris heredibus, sint potestatem casalino et res abendi ec. sic tamen ut nos infra isto anno expleto proximo venturo ibi cassina elevare et claudere seo coperire debeamus, et ego qui supra Andreas cum meis heredes in ipsa cassina residere et habitare debeamus; et tam ipsa cassina quam et predicta res nos qui supra Alboino et Andreas vel nostris heredibus, per singulos annos bene laborare et gubernare seo meliorare debeamus, et nobis eas privatim nomine usufructuandi. Nisi tantum pro omni censu et justitia exinde tibi vel a subcessoribus tuis, per singulos annos a pars ipsius Epis. vestro, reddere debeamus per omnem mense settembrius hic Luca, per nos ec.

vobis vel homini illi qui ipsa Eccl. S. Viti da vos in beneficio abuerit, argen. denarios bonos espendibiles triginta excepto mense ego qui supra Andreas vel meis heredes a mandato vestro venire debeamus hic Luca ec. et si a nos vobis hec omnia. ec. Spondimus nos qui supra ec. comp. tibi ec. penam argen. solid. viginti,

quia taliter inter nos convenit, et duo inter nos libell. Joannes not. scribere rogavimus. Actum Luca.

Signum † ms. Alboini et Andree qui unc libellam fieri rogaverunt ec.

† Andreas rogatus ec.

† Ego Joannes not. post traditam ec.

DOCUMENTO MCCX.

Giovanni prete e pievano di S. Giov. Batt. e S. Paulo del luogo Gurgite, allivella al prete Stefano, ed a Giov. le decime della sua pieve, nell' anno sudd. 926. Arch. Arc. † C. 8.

† In nom. Dom. Dei eterni. Hngho divina ordinate providentia rex, anno regni ejus primo, ipsa die kal. novembris, indit. quintadecima. Manifesti sumus nos Stefano presb. et filio b. m. Leuprande, et Johannes filio Rottrude que Rotia vocatur, quia tu Johan. presb. rettorem adque custodem Eccl. beati S. Johannis Baptiste et S. Pauli, quod est plebe baptismale sita loco Gurgite, per cartula livell. nomine ad censum perexolvendum dedisti nobis, idest omnem decimam illam quas singulis hominibus de Ville que dicitur Gurgite, et Valiano, seo Rotta, atque Tassiniano, sive Pomario, Carraria, seo Roppiano, sive Paratiana, seo Turingho, et Amoniano, sive Ponte ferrato, adque Ciliano, singulis quibusque annis de vino labore seo besties et feno ad pars ipsius Eccl. S. Johann. Bapt. et S. Pauli reddere debunt, et consueti per legem reddendi, ut in vestra q. a. Stefano presb. et Johanni sint potestatem, tam nos ambo insimul quam quis ex nobis superadviserit, et de ejusque heredibus, ipsa decima per singulos annos requirendi et recoligendi, et faciendi exinde quitquit voluerimus. Seo et dedisti nobis omnem offerionem quas Dominus in ipsam plebem donare dignatus fuerit, et hominem ibidem offeruerit et adduxerit, ut in nostra sit potestatem, tam nos ambo insimul quam et unum ex nobis qui superadviserit et de ejus heredes, ipsam offerionem exinde tollendi et recoligendi, tam nos quam et hominibus illos, quas nobis ibidem trasmiserimus, et faciendi exinde

quitquit voluerimus asque homni calomniam. Nisi tantum pro omni censum et justitiam exinde tibi vel ad success. tuis ad pars ipsius Eccl. per singulos annos per omnem mense magio, reddere debeamus ad suprascripta plebem, per nos aut per misso nostro, vobis vel ad ministerialem illum quas ibi pro tempore constituta abueritis, aut qui eum in beneficio abuerit, argen. den. hon. expend. numero solid. septe tantum. Et si a nos vobis ec omnia ec. spondimus nos qui supra Stefano presb. et Johannes, tam nos ambo insimul quam et quis ex nobis superadviserit, una cum nostris hered. comp. tibi q. s. Johannis presb. vel ad success. tuis, penam argen. solid. centum, quia taliter inter nos convenit, et duas inter nos cartulas Johannes not. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Stephanus presb. in hunc libello a nos facto manum mea subs.

† Ego Johann. in hunc libello a nos facto subs.

† Ego Dominicus not. rogatus ec. me teste subs.

† Ego Leo not. rogatus ec. me teste subs.

† Ego Richardus not. rog. ec. me teste subs.

† Ego Winibertus not. rogat. ec. me teste subs.

† Ego Ostripertus not. rogat. ec. me teste subs.

† Ego Roppaldus not. rogat. ec. me teste subs.

† Ego Teutpaldus not. et schab. subs.

† Ego Johannes not. post traditam ec.

DOCUMENTO MCCXI.

Pietro Vescovo allivella a Gottifridi alcuni beni, nell'anno sudd. 926.
Arch. Arc. † B. 50.

† In nom. Dom. Dei ec. Hugho gratia Dei rex, anno regni ejus. cembri, indit. quintadecima. Manifestus sum ego Gottifridi que Cosfri. quia tu Petrus gratia Dei hujus S. Lucane Eccl. humilis Epis. per cartula. perexolvendum dedisti mihi, idest cassina et res illa in loco et finibus Curti tui vestro S. Martini, quas. ad manus suas abere videtur. mento et edeficio suo, seo curte orto terris vineis olivis silvis virgareis. res vel incultas, omnia quantum ad suprascripta cassina est pertenentes, et suprascripto. abere videtur, in integrum mihi eas livell. nomine dedisti. Tali ordine ut da admendum. potestates eas abendi imperandi laborare faciendi meliorandi et. di. Nisi tantum pro omni censum et justitia exinde tibi vel ad success. ad pars suprascripti Epis. vestro S. Martini, vobis vel ad misso vestro pro tempore constitutum abueritis, per sing. annos per omnem mense novembrio ar. numero decem et octo, et

homines in ipsa cassina ad residendum et abitandum mitte. quam et predicta res bene laborare et gubernare, seo meliorare debeamus. Et homines qui in. tores a mandato vestro venire faciamus legem et justitiam faciendum tantum. superius legitur per sing. annos taliter non adimpleverimus et non coaservaverimus suprascripta casina et res, quas nobis dedisti, relaxaverimus vel si per nos pegiorata fuerit. spond. cum meis hered. comp. tibi q. s. Petrus vel ad success. tuis penam inter nos convenit, et duo inter nos libelli Johan. not. scribere rogavi

Signum † ms. Gottifridi qui hunc libello fieri rogavi.

† Ego Leo not. rogatus ec. me teste subs.

† Ego Ildipertus not. rogatus ec. me teste subs.

† Ego Sichifridi rogatus ec. me teste subs.

† Ego Petrus not. et schab. rogatus ec. me teste subs.

† Ego Johannes not. post. traditam ec.

DOCUMENTO MCCXII

dicte Eccl. quas suprascriptis massarii ad manus suarum detinent. Simul et dare videor tibi una petia de terra illa quod est orto et prato insimul amembratis in ipso loco, pertinentes predicte Eccl. qui uno caput tenet in classo, lato uno tenet in rivo; jam dictis petiis de terris et orto seo prato, qualiter supra circumdate sunt per designatas locas, in integrum tibi eas dare videor, una cum molino illo seo terra, que esse videtur in suprascripto loco Massa, pertinentes suprascripte Eccl. jam dicto molino una cum aqueducio et cum omni conciatura sua, seo predicta terra tibi eas livell. nom. ec. Adque et dare videor tibi idest aliis omnibus casis et rebus illis pertinentibus suprascripte Eccl. plebis vestre; casis vero ipsis tam domnicatis quam et massariiciis, cum fundamentis et omnem edeficiis vel universis fabricis suis, seo curtis ortis terris vineis olivetis ec. cultis rebus vel incultis, movile vel immovile seo que semoventibus, omnia et in omnibus casis et rebus tam domnicatis quam ec. si ve movile vel immovile, adque censum et redditum, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascripta Eccl. plebem nostra sunt pertinentibus vel aspicientibus, adque in antea ibi pertinentes fuerint, in integrum tibi eas livell. nom. dare videor, una cum portione vel exemplar de illa ordinationis pagina, per quas ego in suprascripta Eccl. S. Johan et S. Cristine plebem baptismalem, seo in omnibus casis et rebus ejus rectorem et gubernatorem ordinatus et confirmatus sum, ut in tua q. s. Auderamo et Walde-

radeda conjux tua et de vestris heredibus, qui de te q. s. Auderamo geuiti sunt aut fuerint, sint potestatem ipse exemplar de predicta ordinationis paginam, qualis exinde abere et ostendere potueritis, vobis eas abendi et ostendendi, et vobis juxta legem defendendi, quomodo vobis oportum fuerit. Tali ordinem ut ab odierna die in tua q. s. Auderamo et prenominate Walderade conjux tua simulque de vestris heredibus, qui de te q. s. Auderamo geniti sunt aut fuerint, sint potestatem suprascriptis casis et cassina ec. eas abendi tenendi ec. Nisi tantum ec. exinde mihi vel ad posterisque ec. per sing. annos per omne mense februario censum vobis ec. ad pars suprascripte Eccl. nost a, per vos aut ec. nobis vel ad misso nostro, aut in ipsa Eccl. plebe nostra mittantur argen. solid. decem de bon. den. expend. duodecim den. per sing. solid. rationatos tantum. Et si a nos vobis hec omnia qualiter ec. spondeo ego q. s. Grimaldo presb.

una cum posterisque ec. comp tibi q. s. Auderamo et predictae Walderade conjugi tue simulque ad vestris heredibus, qui de te geniti ec. penam argen. solid. tricentos, quia taliter ec. et duas ec. Hildegisus not. sacri palatii scribere ec. Actum Luca.

† Ego Grimaldo presb. rector. ec. in uno libello ec.

† Ego Conradus gratia Dei hum. Epis. consensi ec.

† Leo iudex dn. reg. subs.

† Gumbertus not. dn. reg. ec.

† Ego Arnifridi not. rog. ec.

† Ego Fraolmi rogatus ec.

† Hildegisus not. s. palatii post tradit ec.

† Petrus not. dn. Imp. autentico illo fideliter exemplavi ec.

† Johannes iudex dn. Imp. autentico illo vidi et legi, unde hanc exemplar factus est ec.

† Gumsfridi not. dn. Imp. autentico illo vidi ec.

DOCUMENTO MCCC.V.

*Odalberto del già Teudimundo cambia beni con Corrado Vescovo in S. Michele in Escheto, nell' anno 944. Arch. Arc. * G. 30.*

† In nom. Dom. Dei ec. Hugho ec. rex, anno ec. octavo decimo, et filio ejus dn. Lotharius idemque rex, anno regni ejus tertio decimo, octavo idus februarii, indit. secunda. Manifestu sum ego Odalberto filio b. m. Teudimundi, quia convenit mihi una tecum Conradus gratia Dei ec. ut inter nos de aliquantibus rebus chomutationem ec. Proinde ego q. s. Odalberto per hanc cartula in chomut. dare et tradere videor tibi q. s. Conradus Epis. ad pars Eccl. vestre S. Petri apostoli et S. Johan. Baptiste, quod est plebem baptismalis sita loco et finibus Eo Wurno, que est de sup. potestate Epis. vestro S. Martini, idest una petia de terra mea illa quod est vinea, quam abeo in loco et finibus Scleto ubi dicitur Vioni, qui capo uno tenet in via publica, alio capo tenet in terra et sterpeto Acti, lato uno tenet in terra et vinea suprascripti Acti, et alio lato tenet in terra

quod est vinea suprascripte Eccl. S. Petri et S. Johan. Baptiste: suprascripta petia de terra quod est vinea, qualiter ab omni parte circumdata est ec. quod est per mensura ec. mod. unum, et sist. sex in integrum, una cum inferioribus ec. seo ingressoras suas tibi in chomutationem dare ec. ad pars prenominate Eccl. Et pro suprascripta petia de terra quod est vinea, quas tibi ec. recepi ad te in chomutationem de pars suprascripte Eccl. S. Petri ec. idest una petia de terra illa quod est vinea, quas abis in suprascripto loco et finibus Scleto, ubi dicitur a Fosule, pertinentes suprascripte Eccl. S. Petri Ap. ec. que uno capo tenet in via publica, et alio capo tenet in terra et orto Eccl. S. Michaelis Arcangeli, et in terra quod est orto Alli, lato uno tenet in terra quod est vinea mea q. s. Odalberto, et alio lato tenet in terra qui fuit qd. Domniperti . . .

suprascripta petia de terra et vinea qualiter ab omni parte ec. quod est per mensura ec. sist. decem et octo in integrum, una cum inferioribus ec. seo ingressoras suas ad te eas in chomutationem recepi de pars prenom. Eccl. S. Petri Ap. et S. Johan. Baptiste. . . quam recepisset ut magis omni tempore hanc comutat. inter nos firmam et stabilem permaneant semper. Unde repromitto ego q. s. Odalberto ec. spondeo ego q. s. Odalberto una cum meis ec. comp. tibi q. s. Conradus Epis. vel ad posterisque subcess. ec. jam dicta petia de terra quod est vinea in duplum, infer quidem loco ec. sic tamen si nos exinde autores nec defensores dare nec querere. . . . non potueritis, licentiam abeatibus absque nostra persona, si vestra fuerit

voluntas, exinde causas agendi ec. modis omnibus vobis eas defensandi cum cartula ista, vel quomodo aut qualiter juxta legem melius potueritis, quia ec. et duas ec. Petrum not. dn. reg. scribere rog. Actum Luca. Signum † ms. Odalberti qui hanc chomutationis ec.

† Ego Johan. presb. et primic. sicut de me supra legitur missus fui ec.

† Ego Johannes judex dn. reg. sicut de me ec.

† Ego Adalbertus rog. ec.

† Ego Arnifridi not. sicut de me ec.

† Ego Isimbaldus judex dn. reg. subs.

† Ego Winighildo not. dn. reg. rog. ec.

† Ego Amalbertus not. dn. reg. rog. ec.

† Ego Petrus not. do. reg. post traditam compl. et dedi.

DOCUMENTO MCCCVI.

*Corrado Vescovo allivella a Gherimundo un casalino in Brancoli, nell'anno sudd. 944. Arch. Arc. * F. 79.*

† In nom. Dom. Dei ec. Hugho ec. rex, anno ec. octavo decimo, et filio ejus Lotharius idemque rex, anno regni ejus quarto decimo, quinto idus junii, indit. secunda. Manifestus sum ego Gherimundo qui Gheritio vocatur filio b. m. Andree, quia tu Conradus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum pervolvendum dedisti mihi, idest casalino illo ubi fuit casa in loco et finibus Brancalo que dicitur Platia, pertinentes suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, quas qd. Allo ad manus suas abuit. Jam dicto casalino ubi fuit casa cum curte orto terris vineis olivis ec. cultis rebus vel incultis, omoia et in omnibus, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascripto casalino et res pertinentes, in integrum mihi eas livell. nom. dedisti. Tali ordine ut da admodum in mea q. s. Gherimundo vel de meis heribus sint potestatem eas abendi ec. Nisi tantum pro omni censum et justitia exinde tibi vel ad posterisque subcessoribus tuis,

per singulos annos per omne mense maggio, censum vobis reddere debeamus ic civitate Luca, per nos aut per misso nostro, vobis vel ad misso vestro, aut ad ministerialem illum qui in ipso domum pro tempore constitutum abueritis, argen. den. bon. expend. numero duodecim tantum. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego q. s. Gherimundo una cum meis heredibus comp. tibi q. s. Conradus Epis. vel ad posterisque subcessoribus tuis pen. argen. solid. triginta, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos libelli Johan. not. et judex dn. Imp. scribere rog. Actum Luca.

Signum † ms. Gherimundi qui hunc libellum fieri rogavit ec.

† Ego Leo rogatus ec.

† Ego Rodolfo rogatus ec.

† Ego Teutpaldo judex dn. Imp. subs.

† Ego Johannes et judex dn. Imp. post traditam compl. et dedi.

DOCUMENTO MCCCVII.

*Il sudd. Vescovo ordina il prete Willerado della già Teutperga, nella Chiesa di S. Frediano e in una parte dei suoi beni, nell' anno sudd. 944. Arch. Arc. * O. 33.*

† In Xii. nom. Qualiter ego Couradus gratia Dei ec. una per consensum sacerdotum meorum, seu filii ipsius Eccl. ordinare videor te Willerado presb. filio b. m. Teuperge in eo ordinem, sicut sup̄ adnecsum fuerit in Eccl., cui vocabulum est beati S. Vincentii sito foras civitate ista lucense, ubi humatum corpus S. Fridiani quiescit, pertinentes ipsius Eccl. Epis. vestro S. Martini. In jam dicta Eccl. S. Vincentii, et S. Fridiani et aliquantis casis et rebus pertinentibus ipsius Eccl. nominative, ordinare et confirmare videor, ut in tua sint potestatem omnibus diebus vite tue sup̄scripta Eccl. S. Vincentii et S. Fridiani una cum secretario, seo subdite et casis recta ipsa Eccl. et prope eadem Ecclesia, cum fundamentis et edeficiis suis, seu curte orto et terra totum insimul amembratum, in integrum tibi eas dare videor. Seo et dare videor tibi res illa in loco Saltucclo, pertinentes sup̄scripte Eccl. S. Vincentii, et S. Fridiani, quas Barontio et modo ad laborandum ad manus suarum abere videtur. Et dare videor tibi alia res illa in ipso loco Saltucclo, pertinentes sup̄scripte Eccl. quas Petrus ad manus suas abere videtur in integrum. Adque et dare videor tibi una petia de terra et oliveto illo in loco Mutiliano, pertinentes jam nominate Eccl. in integrum. Similiter et dare videor tibi de terra in loco Magritula pertinentes predictae Eccl., que dicitur Cafagio, cum aliis quinque petiolis de terris in ipso loco Magritula, pertinentibus prefate Eccl. in integrum. Una cum fundamento et res illa in loco Spardacho, pertinentes sunnominate Eccl., quas Georgio ad manus suas abere videtur in integrum. Nec non dare videor tibi duo petiis de terris illis ultra fluvio Auserclo, ubi dicitur a Monticello in integrum, una cum terre ille que . . . prope

sup̄scripto fluvio Auserclo, pertinentibus sup̄scripte Eccl. Simul et res ille in loco Rogano prope Teupascio, pertinentes jam dicte Eccl. quas qd. Leopraudo ad manus suas abuit. Adque et grotte ille pertinentibus predictae Eccl. S. Vincentii et S. Fridiani. Quidem et dare videor tibi case et res ille in loco et finibus ubi dicitur Colletoti prope Bosolagno, pertinentes jam fate Eccl., quas Benedicto ad manus suas abere videtur in integrum, cum una petia de terra illa quod est vinea in loco et finibus Causelle, pertinentes sup̄scripte Eccl. quas modo Petrus qui Rotio vocatur ad manus suas abere videtur in integrum, cum una petia de terra illa in loco Marilla ubi dicitur Bexana, pertinente jam nom. Eccl. in integrum. Quidem et duo petie de terre ille, que una ex ipse petie de terra esse videtur vinea in loco et finibus Sugrominio; et illa petia de terra in loco Magritula, pertinentes sup̄scripte Eccl., quas modo Johan. filio b. m. Auriprandi ad manus suas abere videtur in integrum. Sup̄scripta Eccl. S. Vincentii et S. Fridiani cum ipso secretario et casis et subdite recta ipsa Eccl., et prope eadem Eccl. cum fundamentis et edeficiis suis, curtis orto seo terra insimul amembrata, cum predictis rebus qualiter nominative supra legitur, et cum omni offerensione quas ibi Dominus per singulos annos dederit, in integrum tibi eas dare videor. Tali ordinem ut ab hac die in tua q. s. Willerado presb. sit potestatem eas abendi ec. et tibi eas priv. nom. usufructuandi diebus vite tue tantummodo: et in ipsa Eccles. quas tibi dedi, per te aut per tuam dispositionem officium Dei et luminaria, seu missarum solemnias fieri debeam. Et mihi q. s. Conradus Epis. vel ad posterisque subcess. meis singulis quibusque annis obediendi et deserviendi ut mos est. Sic namque vero ut

non abeas potestatem neque licentiam tu q. s. Willerado presb. de omnibus suprascriptis casis et rebus ad ipsa Eccl. pertinentibus cui libet homini per cartulam livell. nom. nec per nullam conscriptionis firmitatem dare nec emittere, neque firmare ec. sine nostra licentia et voluntatem, vel de posterisque subcess. meis, qua licentia et voluntatem nostra, ut nos in illo libello vel firmitatem. vel inde fieris vel emiseris in qualibet persona hominum, ut nos in ipso libello vel firmitate manu nostra scribamus. Propterea hoc facimus non per fraudem, neque conludio, neque malo ingenio non utsurpetur. Et si forsitan tu q. s. Willerado presb. in alio modo in aliquot ex ipsis casis et rebus feceris vel emiseris, nisi quomodo superius legitur, hanc suprascripta ordinationis cartula, et illa firmitatis scriptio quas tu exinde feceris vel emiseris, inanis et vacua adque incapsata remaneat, quod in se nullum obtineat roborem nec firmitatem. Et neque ad me, neque ad nul-

losque subcessoribus meis hec ordinationis cartula aliquando tempore possamus dirumpere, nec tu q. s. Willerado presb. sic feceris et adimpleveris eo modo sicut supra legitur, set in suprascripto ordine dum vita tua fuerit hanc ordinationis cartula in sua permaneat Unde duo ordinationis cartule prope uno tinore conscripte, una a pars ipsius Epis. nostro abendi et ostendendi: illa alia in tua q. s. Willerado presb. sit potestate abendi et ostendendi, Johannes not. et iudex dn. reg. scribere rogavimus. Actum Luca. Et hec ordinationis cartule facte sunt anno Dom. anno regni ejus Deo propitio nono decimo, et filio ejus dn. Lotharius idemque rex, anno regni ejus. sexto decimo kal. octubris, indit. tertia.

. dus gratis Dei hum. Epia. in ac ordinationis cartula a me facta subs.

.

DOCUMENTO MCCCVIII.

*Giovanni prete e pievano di S. Maria di Tranaldo allivella i beni della sua Chiesa a Pietro e Benedetto figli di Dalperga, nell' anno sudd. 944. Arch. Arc. * C. 27.*

† In nom. Dom. Dei ec. Hugbo ec. rex, anno ec. nonodecimo, et filio ejus dn. Lotharius idemque rex, anno regni ejus quarto decimo, pridie idus novembris, indit. tertia. Manifesti sumus nos Petrus et Benedicto gg. filii Dalperghe, quia tu Johan. presb. rectorem adque custodem Eccl. beate S. Marie, et S. Johan. Baptiste sita loco et finibus Tranaldo, per cartula livell. nom. ad censum perxolv. dedisti nobis, idest omnibus casis et rebus illis pertinentibus suprascripte Eccl. S. Marie et S. Johan. Baptiste; jam dictis casis et rebus dominicatis cum Eccl. illa in ipso loco, cui vocabulum est S. Petri Apostoli, que vocitatur Appiano, seu Eccl. illa cui vocabulum est S. Margharite sito loco et finibus ubi dicitur Pediscano, pertinentes suprascripte Eccl. plebem; jamdictis casis et

rebus dominicatis seo Eccl. cum fundamentis et edificiis suis, seo curtis ortis vineis olivetis silvis virgareis pratis pascuis cultis rebus vel incultis, omnia et in omnibus casis et rebus sive Eccl. ad eandem Eccl. plebem pertinentibus, in integrum nobis eas livell. nom. dedisti, una cum exemplar de illa ordinationem paginam per quas tu in suprascripta Eccl. S. Marie et S. Johan. Baptiste ordinatus et confirmatus, ut in nostra vel de nostris heredibus sint potestatem ipsa exemplar aut ipsa ordinationem paginam, quales exinde abere et ostendere poteritis, nobis abendi et ostendendi et nobis justam legem defensandi, quomodo nobis oportum fuerit. Excepto et antepono exinde casina seu curte orto seo res, pertinentes de suprascripta plebem in ipso loco prope suprascripta plebem, quas

modo Liuprando massario ad manus suas abere videris, quas nobis livell. nom. dedisti. Et in ipsis Eccl. S. Petri et S. Margharite per tuam dispositionem officium Dei et luminaria, seo missarum solemnia fieri debeam. Seo et livell. nom. dedisti nobis omnem decimam illam, quas singulis hominibus de ville ille, qua ad ipsam plebem singulis quibusque annis decimationem consuetudi a pars ipsius plebem sunt reddendi de vino labore seu bestiis, aut de quascunque fruges: ipsa decima requirendi, requoliendi, et faciendi exinde quitquit volueritis asque omni chalonna. Nisi tantum pro omni censum et justitia exinde tibi vel ad successoribus tuis, per sing. annos per omne mense magio, censum

vobis reddere debeamus, per nos aut per misso nostro vel ad misso vestro, hic civitate Luca ad domus Epis. S. Martini argen. den. bonos expendiviles numero sessaginta tantum. Et si a nos vobis ec omnia qualiter ec. Spondimus nos q. a. ec. una cum nostris heredibus compon. tibi q. s. Johan. presb. vel ad success. tuis, penam argen. solid. quia taliter ec. et duos ec. Petrum not. dn. nostrorum regum scribere rogavimus. Actum Luca. Signum † ms. Petri et Benedicti qui ec.
 † Isimbaldus iudex dn. reg. subs.
 † Ego Petrus not. dn. reg. teste subs.
 † Ego Adalbertus rogatus ec.
 † Ego Petrus not. dn. reg. post trad. ec.

DOCUMENTO MCCCIX.

Il Vescovo Corrado allivella a Fraolmi del già Fraolmo dei Signori di Corvara la Chiesa e pieve di S. Pietro di Vigesimo, con 11. case alla stessa Chiesa spettanti, nell'anno 945. Arch. Arc. †† L. 91.

† In nom. Dom Dei ec. Hugho ec. rex, anno ec. nonodecimo; et filio ejus dn. nostro Lotharius idemque rex, anno regni ejus quartodecimo, sexto kal. februarii, indit. tertia. Manifestu sum ego Fraolmi filio b. m. Fraolmi, quia tu Conradus gratia Dei ec. per cartula livell. ec. idest Eccl. cui vocab. est besti S. Petri sito loco ubi dicitur Vigesimo prope ponte Viciiculi, que est de suppotestate suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini. Item et dedisti, idest undecim inter casis et cassinis, seo casalinis adque rebus illis massariicis, pertinentibus ipsius Eccl. vestre S. Petri, que una ex ipse casa et res ec. esse videtur ubi dicitur Saturno, regere videtur Adalprando massario, et illis decem inter casis et cassinis, seo casalinis adque rebus massariicis esse videtur in suprascripto loco, ubi dicitur Vicesimo. Una ex ipse casa et res regere videtur per Johan. Secunda casa ec. per Adalberto. Tertia vero quod est cassina ec. regere videtur per Aggulo. Quarta vero cassina ec. per Teudo. Quinta vero cassina ec. per Bonio. Sesta vero cassina ec. per Teuperto. Et ille septima quod

BARSOCC. TOM. V. PAR. 111.

est casalino ec. recta fuit per Marulo. Octava vero casalino ec. recta fuit per Lupatio. Nona vero quod est casalino ec. per Gherardulo. Decima vero quod est casalino ec. per Ghisalfridi. Has vero suprascripta Eccl. S. Petri una cum omnibus casis et rebus ec. cum fundamentis ec. seo curtis ortis ec. olivis ec. quantas ubique ec. in integram mihi eas livell. nom. dedisti. Tali ordinem ut ab odierna die in mea q. s. Fraolmi, seo item Fraolmi filio meo et de suis hered. sint potestatem suprascripte Eccl. S. Petri cum omnibus casis ec. eas abendi ec. Nisi tantum pro omni censum ec. exinde tibi vel ad posterisque ec. ad pars suprascripti Epis. vestro S. Martini, per sing. annos per omne mense junio, censum reddere ec. hic Luca ad suprascripta Eccl. Epis. vestro S. Martini, per nos ec. argen. solid. undecim de bon. den. expend. duodecim den. per sing. solid. rationatos; et in ipsa Eccl. S. Petri per nostra dispositionem officium Dei ec. Et si a nos vobis ec. spondeo ego qui supra Fraolmi ec. comp. tibi ec. penam argen. solid. sexcentos, quia taliter ec. et duos ec. Johan. not. et iudex dn. reg. ec. Actum Luca.

† Ego Fraolmi in unc ec.
 † Ego Ghisalpraudo not. dn. reg. ec.
 † Gumbertus not. dn. reg. rog. ec.
 † Ego Arnifridi not. dn. reg. rog. ec.

† Leo iudex dn. reg. subs.
 † Johs. not. et iudex dn. reg. post traditam ec.

D O C U M E N T O M C C C X .

*Il sudd. Vescovo allivella una casa in Lucca presso la corte del re a Domenico del fu Petriperto, nell'anno sudd. 945. Arch. Arc. * M. 21.*

† In nom. Dom. Dei ec. Hugbo ec. rex, anno ec. nonodecimo, et filio ejus dn. Lothario idemque rex, anno regni ejus quarto decimo, idus februarii, indit. tertia. Manifestu sum ego Dominicho que Bonitio vocatur filio b. m. Petriperti, quia tu Conradus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum perxol. dedisti mihi, idest cluso uno de casa illa quod est sala, hic infra civitate ista lucense prope curte regi, quas ego ipsi modo ad manus meas abere videor, pertinentes suprascripti Epis. vestro S. Martini, et est tenentes ipse cluso de casa uno capo in terra dn. regi, alio capo cum uno lato tene in fundamento de casa suprascripti Epis. nostro, quas mihi per hoc libell. menime dedisti, et alio lato tene in terra et in via que percurrit ad casa quod est solario Johanni iudex dn. regum; suprascripto cluso de predicta casa quod est sala, qualiter ab omnis parte circumdata est per designatas locas, quod est per mensura ad iusta pertica mensuratas schalas una, et sextam portionem de alia schala una, in integrum mihi eas livell. nom. dedisti. Tali

ordinem ut ab odierna die in mea q. s. Dominicho vel de meis heredes sint potestatem suprascripto cluso de predicta casa, quod est sala quas mihi dedisti, eas abendi tenendi ec. Nisi tantum pro omni censum et justitia exinde tibi vel ad posterisque subcess. tuis, per sing. annos per omne mense magio, censum vobis reddere debeamus a pars suprascripti Epis. ec. hic civitate Luca, per nos ec. argen. den. bon. expend. num. sex tantum. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego q. s. Dominicho cum meis heredes comp. tibi q. s. Conradus Epis. vel ad posterisque ec. pen. argen. solid. quinquaginta, quia taliter ec. et duos inter nos libelli Arnifridi not. scribere rogavimus. Actum Luca.

Signum † ms. Dominichi qui hunc ec.
 † Winighildo not. dn. reg. rog. teste subs.
 † Ego Leo iudex dn. reg. subs.
 † Hildegisus not. sacri palacii rog. teste subs.
 † Johannes iudex dn. reg. snbs.
 † Ego Arnifridi not. post traditam ec.

D O C U M E N T O M C C C X I .

*Il sudd. Vescovo allivella a Pietro milanese vari beni in Vaccole, Co-selli, e Turingo, nell'anno sudd. 945. Arch. Arc. * F. 16.*

† In nom. Dom. Dei ec. Hugbo ec. rex, anno ec. nonodecimo, et filio ejus dn. Lothario idemque rex, anno regni ejus quartodecimo, octavo idus aprilis, indit. tertia. Manifestus sum ego Petrus homo mediolanense, avitator hic civitate Luca filio b. m. Petri, quia tu Conradus gratia

Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest portionem illa de una petia de terra quod est vinea et pastino insimol amembratas, in loco et finibus Vitiliano prope Wappao, pertinentes Eccl. vestro S. Donati sito foras civitatem ista lucense, que est de sup-

potestate Eccl. Epis. vestro S. Martini, et est tenentes ipse petia de terra quod est vinea et pastino ambas capitas in via publica, lato uno tenet in rivo Wappao, alio lato tene in terra qui fuit Angeli, et in terra e sterpeto qui fuit qd. Adalberti. de has suprascripta petia de terra quod est vinea e pastino, qualiter in simul circumdata est per designatas locas, competi exinde suprascripte Eccl. S. Donati tertiam portionem, ipsa vero ex integra tertiam portionem mihi eas livell. nom. dedisti. Seo e dedisti mihi, idest una petia de terra illa, qui fuit vinea in loco Waccule ubi dicitur Vitiliano, pertinentes suprascripte Eccl. vestre S. Donati, qui uno capo tene in via publica, alio capo tene in simitula, lato uno tene in classo, et alio lato tene in terra e vinea que fuit Fulberti. Quidem et dedisti mihi, idest una petia de terra illa que fuit sterpeto in loco Causelle prope Eccl. S. Pauli, pertinentes jam dicte Eccl. vestre S. Donati, qui uno capo cum uno lato tene in terra suprascripte Eccl. S. Pauli, et alio capo tene in rivo, et alio lato tene in terra et sterpeto que fuit qd. Andree. Simili modo et dedisti mihi, idest sex petiis de inter terris et vineis, seo ortus quibus sunt positus in loco et finibus Turingo, pertinentes suprascripte Eccl. vestre S. Donati, qui una ex ipse petia de terra quod est orto, tenentes uno capo cum uno lato in via publica, alio capo tene in terra et orto, Altifusi, et alio lato tene in terra et orto Laraberti: et ille secunda petia de terra quod est orto, tenentes uno capo in terra Teuperti presbiteri e Ostrifugi gg. et in terra et vinea suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, e alio capo tene in terra Wamalberti, que Homicio vocatur, lato uno tene in via publica, et alio lato tene in fluvio Ausare. Et ille tertia petia de terra quod est vinea, tenentes uno capo in terra et orto suprascripte Eccl. vestre S. Martini, alio capo tene in terra et vinea su-

prascripti Wamalberti, lato uno tene in suprascripto fluvio Ausare, e alio lato tene in via. Et illa quarta petia de terra quod est vinea, tenentes uno capo in via, alio capo tene in terra suprascripti Wamalberti, lateras ambas est tenentes in terra suprascripte Eccl. vestre S. Martini. E ille quinta petia de terra tenentes uno capo in terra suprascripti Wamalberti, alio capo tene in terra suprascripti Ostrifusi, lato uno tene in terra suprascripte Eccl. S. Martini, e alio lato tene in terra Ildibert. Et ille sexta petia de terra capo uno tene in predicto fluvio Ausare, e alio capo tene in terra suprascripti Wamalberti, e in terra Eccl. S. Benedicti, ambas lateras est tenentes in terra suprascripte Eccl. S. Benedicti. Has suprascriptis petiis de terris et vineis, seu ortas adque sterpeto, qualiter ab omnis parte circumdate sunt per designatas locas, in integrum mihi eas livell. nom. dedisti. Tali ordine ut ab odierna die in mea q. s. Petrus vel de meis heredibus sint potestatem omnia que superius legitur quas mihi dedisti, abendi tenendi ec. Nisi tantum pro omni censum et justitia exinde tibi vel ad posterisque subcessoribus tuis a pars suprascripte Eccl. vestre S. Donati per sing. annos per omne mense aprilis, censum vobis reddere debeamus hic Luca ad suprascripta Eccl. S. Martini, per nos aut per misso nostro, vobis vel ad misso vestro argentum denarios bonos expend. num. duodeci tantum. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego q. s. Petrus una cum meis heredes comp. tibi q. s. Conradus Epis. vel ad posterisque subcessoribus tuis penam argen. solid. centum, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos libell. Arnifridi not. scribere rogavimus. Actum Luca.

Signum † ms. Petri qui hunc libell. fieri rogavit ec.

Seguono 4 testimoni fra i quali un notaro
† Ego Arnifridi not. post traditam com-
plevi et dedi.

DOCUMENTO MCCCXII.

*Il sudd. Vescovo cambia beni in Vicopelago con Giovanni diacono figlio di Ingalberga, nell' anno sudd. 940. Arch. Arc. * E. 49.*

† In nom. Dom. Dei ec. Hugho ec. rex, anno ec. nonodecimo, et filio ejus dn. nostro Hlothario idemque rex, anno regni ejus quintodecimo, tertio kal. junii, indit. tertis. Manifestu sum ego Johan. subd. filio b. m. Ingalberghe, quia conveni mihi una tecum Conradus gratia Dei ec. ut inter nos de aliquantis rebus comutationem ec. sicut et factum est. Proinde ego q. s. Johannes subd. per hanc cartulam in comutationem dare et ec. ad pars Eccl. vestre S. Georgi sita loco et finibus ubi dicitur Vicopelago, pertinentes Eccl. plebis vestre S. Martini et S. Johan. Baptiste, quod est plebe baptismale sito loco et finibus Flexo, que est de suppotestate suprascripti Epis. vestro S. Martini, idest quattuor petiis de terris meis illis quam abeo in loco et finibus ubi dicitur Runcho, et Savaliano, que una ex ipse petia de terra tenentes uno capo in terra et prato Rodilandi, alio capo tene in terra Eccl. S. Zeni, lato uno tene in terra que fuit qd. Fraolmi et Sisemundi, et alio lato tenet in terra que fuit qd. Ghisslprandi subd. Et ille secunda petia de terra in ipso loco Savaliana, tenentes uno capo in via publica, alio capo cum uno lato tene in terra suprascripte Eccl. S. Zeni, et alio lato tene in terra que fuit qd. Petri not. et schab. Et ille tertia petia de terra tenentes uno capo cum ambas lateras in terra prenominate Eccl. S. Zeni, et alio lato tene in Ausare, cum ille quarta petia de terra ubi dicitur Riparia, tenentes uno capo in terra que fuit suprascripti Petri not. et schab. alio capo tene in terra que fuit Willerammi, lato uno tene in via et classo, et alio lato tene in Ausare; suprascriptis quattuor petiis de terris qualiter circumdate sunt ec. quod sunt inter totas per mensura ec. sist. sexaginta et quattuor, in integrum una cum inferioribus dare videor seo ingressoras suas tibi eas in comutationem ec. ad pars suprascripte

Eccl. vestre S. Georgi. Pro suprascriptis quattuor petiis de terris quas tibi in comutationem dedi, recepi ad te in comutationem de pars prenominate Eccl. vestre S. Georgi, idest una petia de terra illa quod est sterpeto seo orto, totas insimul amembratas in suprascripto loco et finibus Vicopelago, pertinentes suprascripte Eccl. vestre S. Georgi prope suprascripta Eccl. qui uno capo tene in via publica, alio lato tene in terra et vinea que fuit qd. Roffridi, lato uno tene in terra et sterpeto suprascripte Eccl. S. Georgi, quas mihi in comutationem menime dedisti; et in aliquantulo de ipso lato tene in via que percurrit ad suprascripta Eccl. suprascripta petia de terra quod est sterpeto seo orto, qualiter supra circumdata est ec. quod est per nuensura ec. sist. triginta duo in integrum una cum inferioribus ec. mihi eas in comutationem dedisti de pars suprascripte Eccl. Ubi et super hanc comutationem secundum legem ambulaverunt tres Deum timentes homines. Hi sunt nomina eorum: Teutperto filio b. m. Rodolfi, et Leo que Actio vocatur filio b. m. Coffridi, adque Witterado filio b. m. Winighisi, qui ambulaverunt ec. Unde repromitto ego qui supra Johan. subdiac. vel meis heredes tibi qui supra Conradus Epis. ec. Spondeo ego qui supra Johan. subd. una cum meis heredibus tibi q. s. Conradus Epis. vel ad posterisque ec. aut eidem homini cui vos suprascriptis quattuor petiis de terris quas tibi dedi, dederitis vel abere decreveritis, jam dictis quattuor petiis in duplum, infer quidem loco ec. Sic tamen si nos exinde autores nec defensores querere nec dare nolueritis, licentis abeat ec. vel quomodo justa legem melius poteritis, quia taliter ec. et duos ec. Arnifridi not. scribere cogavimus. Actum Luca.

† Ego Johannis subd. in anc. ec.

Signum † ms. Teuperti filio b. m. Rodolfi
qui ut supra interfui ec.
† Ego Leo sicut supra legitur interfui ec.
† Ego Witterado sicut ec.
† Ego Johannes iudex dn. reg. snbs.

† Ego Winighildo not. dn. reg. rog. ec.
† Ego Isinbaldus iudex dn. reg. ec.
† Ego Sichifridi rog. ec.
† Ego Johannes iudex dn. reg. subs.
† Ego Arnifridi not. post traditam ec.

DOCUMENTO MCCCXIII.

Stelleramo offre alla Chiesa di S. Maria posta nel castello del vescovato presso il fiume Arme, una pezza di terra per rimedio della sua anima, nell'anno 946. Arch. Arc. †† P. 94.

† In nom. Dom. Dei ec. Hugho ec. rex, anno ec. vigensimo, et filio ejus dn. Lotharins idemque rex, anno regni ejus 15: sexto kal. aprilis, indit. quinta. Manifestum ego Stelleramo filio b. m. Teuperti, quia per hanc cartulam pro anime meo remedium offero Deo et tibi beata S. Maria Dei genitrix virgo, que est posita infra castello tuo prope Arme, idest una petia de terra mea illa, que est prope Muntignano ad lato que dicitur Campo Viventuli, que uno capo tenet in terra que fuit qd. Hiudi, et alio capo tenet in terra mea, quas ego dare videor Conradi Epis. lato uno tenet in Docaria, et alio lato tenet in terra Eraldi. Jam dicta petia de terra, qualiter circumdata est ec. in integrom pro anime mee remedium Deo et tibi beata S. Maria virgo Dei genitrix offerere prevideo. Tali ordinem, ut in tua Domina Genitrix Virgo S. Maria, vel posteris presul tuis, sint potestatem pro anime mee remedium eas petias de terra, quas tibi supra dedi, abendum tenendum imperandum fruendum: et jam dicta petia de terra sint potestatem de jam dicta Eccl.

beata S. Maria, vel de suis fidelis faciendum exinde quod eorum placuerit. Et si quisquam de hered. meis contra hanc cartulam offerisionis mee, aliquando tempore intencionaverit, vel ille *omo* cui nos eas dedissemus aut dederimus per quolibet ingenio, aut retollere vel minuare voluerit, componat pars locas venerabilis argea. solid. viginti, quia sic complacuit animo meo: et in oc ordine hanc cartula offerisionis Joben. not. et iudex dn. regum scribere rogavi. Actum ad Eccl. beate S. Marie ad Monte.

Signum † ms. Stellerami qui anc cartulam offerisionis ec.

Signum † ms. Rodolfi qui Rotio vocatur filio b. m. Alboni testis.

Signum † ms. Guitardi et Lei que Leutio vocatur gg. filii Gunterami testis.

Signum † ms. Eraldi que Eritio vocatur filio b. m. Ingalberghe et Johan. filio b. m. Rodilandi ec.

† Ego Grimaldo rogatus ec.

† Ego Johan. not. et iudex do. regum post traditam ec.

DOCUMENTO MCCCXIV.

Il Vescovo Corrado allivella a Giov e Cunerado fratelli la Chiesa di S. Salvatore in Silice con tutti i suoi beni, nell'anno sudd. 946. Arch. Arc. A. 39.

Tom. IV. Par. II. Append. Doc. 64.

DOCUMENTO MCCCXV.

*Il sudd. Vescovo ordina Giov. diacono nella Chiesa di S. Giov. e Reparata, nell'anno sudd. 946. Arch. Arc. * V. 67.*

† In Xti. nom. Qualiter ego Conradus gratia Dei ec. hum. Epis. una per consensum sacerdotum meorum, seu filii ipsius Eccl. ordinare videor te Johannes diac. filio Gumfridi, in eo ordinem, sicut sup(er)ter adoxum fuerit, idest in Eccl. illis cui vocabulum est beati S. Johan. Baptiste, et S. Reparate, et S. Petri, que dicitur ad Vincula, quod sunt de sup(posit)estate supra-scripte Eccl. Epis. nostro S. Martini; jam dictis Eccl. S. Johan. ec. cum omnibus casis et rebus ad eam pertinentibus, cum fundamentis et omnem edeficiis vel universis fabricis suis, seu curtis ortis terris ec. quam et in omnibus casis et rebus tam domnicatis quam et massariiciis, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad superscriptis Eccl. S. Johan. ec. sunt pertinentibus vel adspicientibus, aut ibidem in antea pertinentes fuerit in integrum: in jam dictis Eccl. S. Johan. ec. te inibi ordinare et confirmare videor: tali ordinem ut ab odierna die in tua q. s. Johan. diac. sint potestatem diebus vite tue jam dictis Eccl. cum casis et rebus ad eas pertinentibus quas tibi superius dedi, eas abendi ec. et tibi eas priv. nom. usufructuandi tantummodo diebus vite tue: et in ipsis Eccl. quas tibi dedi, per te aut per tuam dispositionem officium Dei et luminaria adque incensum, seu missarum solemnias fieri debeam; et mihi q. s. Conradus Epis. vel ad posterisq(ue) ec. singulis

quibusq(ue) annis obediendi et deserviendi ut mos est. Sic namque vero ut non abeas potestatem neque licentia ec. Unde duas ordinationis cartale uno tinore scripte, una ad pars Eccl. Epis. nostro abendi et ostendendi, et alia ad pars diac. sint potestatem abendi et ostendendi, Johan. not. et judex dn. reg. scribere rogavi. Actum Luca. Et hec ordinationis cartula facta fuit regnante dn. nostri Hughoni gratia Dei rex, anno regni ejus Deo propitio vigesimo, et filio ejus dn. Lotharius idemq(ue) rex, anno regni ejus quintodecimo aprilis, indit. quarta.

† Ego Conradus gratia Dei hum. Epis. in ac ordinationis cartula a me facta subs.

† Ego Grimaldo archid. in ac ordinatione consensi ec.

† Ego Willerado presb. card. et primic. in hanc ec.

† Ego Martinus archip. in ac. ec. presb. cardin. in hanc ec.

† Ego Ardimannus diac. et card. ec. presb. et cardin. in hac ec.

† Ego Roffredus diac. et card. ec. ando presb. et vicedom. in hanc ec.

† Ego Ubaldo diac. et card. ec. presb. et card. in hunc ec.

. et cardinalis ec.

Seguono altri molti sottoscritti, ma ne sono incogniti i nomi per essere la carta lacera.

DOCUMENTO MCCCXVI.

*Il sudd. Vescovo allivella ad Azio fiorentino un fondo appartenente alla corte padronale di Meognano, di proprietà della Chiesa di S. Frediano, nell'anno sudd. 946. Arch. Arc. * D. 95.*

† In nom. Dom. Dei ec. Hugo ec. rex, anno ec. vigesimo primo, et filio ejus dn. Lotharius idemq(ue) rex, anno regni ejus sexto decimo, tertium novus augusti, indit. quarta. Manifestu sum ego Adtio de cho-

mitato fiorentino filio qd. Johan. quia tu Conradus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum perxolv. dedisti mihi, idest fundamentum illum, ubi fuit casa in loco et finibus, ubi dicitur Gugnano infra

chomitato et territorio florentino, pertinentes de curte illa domnicata in loco ubi dicitur Meognani, pertinentes de Eccl. vestra S. Fridiani sita foras civitate ista lucense, que est de suppotestate suprascripti Epis. vestro, quas qd. Aprile massario ad manus suas abiit: jam dicto fundamento et casalino ubi fuit casa, cum curte orto terris vineis olivis silvis ec. omnia quantum ad suprascripto fundamentum et casalino est pertinentes, vel quantum suprascripto qd. Aprile massario ad manus suas abiit, in integrum mihi eas livell. nom. dedisti. Tali ordinem ut da admodum in mea q. s. Adtio vel de meis heredibus sint potestatem eas abendi ec. et infra isto uno anno expleto proximo venturo, infra suprascripta res, casa levare et claudere debeatis, et infra ipsa casa homines ad resedendum et habitandum mittere debeamus. Nisi tantum pro omni censum ec. exinde tibi vel ad posterisque ec. ad pars suprascripte Eccl. vestre, per singulos annos per omne mense magio, censum vobis reddere debeamus

ad curte illa domnicata in loco Mangnani, per nos ec. vobis ec. argen. den. bon. expend. numero duodecim tantum. Et si a nos vobis ec. omnia qualiter ec. per sing. annos ad pars suprascripte Eccl. vestre taliter non adimpleverimus, sicut ec. aut si suprascripta casa et res quas nobis dedisti, relaxaverimus vel si per nos ec. spondeo ego q. s. Adtio una cum meis heredes comp. tibi q. s. Conradus Epis. vel ad posterisque ec. penam argen. solid. centum, quia taliter ec. et duas inter nos libell. Johan. not. et judex dn. reg. scribere rogavi. Actum Luca.

† Ego Adtico in hunc libell. a me factio subs.

† Ego Ebberto rog. ec.

† Ego Andreas rog. ec.

† Ego Amalberto rog. ec.

Signum † ms. Andree filio Inghalrade testis ec.

† Ego Johannis not. et judex dn. reg. post traditam ec.

DOCUMENTO MCCCXVII.

Il sudd. Vescovo allivella ad Ardo la metà della Chiesa e beni di S. Martino di Lunata, nell' anno sudd. 947. Arch. Arc. † E. 14.

† In nom. Dom. Dei ec. Hugho ec. rex, anno ec. vigesimo primo, et filio ejus dn. Lotharius idemque rex, anno regni ejus septimo decimo, quartodecimo kal. magias, indit. quinta. Manifestus sum ego Ardo, qui Bonitio vocatur filio b. m. Fridighisi, quia tu Conradus gratia Dei ec. per cartulam livell. nomine ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest medietatem ex integrum de Eccl. illa cujus vocabulum est beati S. Martini, sita loco et finibus Lunata ubi dicitur Urcano, pertinentes suprascripti Epis. vestro S. Martini; jam dicta medietate de prenominata Eccl. S. Martini, cum fundamento et edeficio suo, cum medietate de omnibus casis et rebus tam domnicatis, quam et de massariis pertinentes de suprascripta Eccl. cum fundamentis et edeficio suo, seo de curtis ortis ec. cultis rebus vel in-

cultis, de omnia et in omnibus rebus ipsis; quantas ubique in qualibet locas vel vocabulas ad suprascripta Eccl. S. Martini est pertinentes, ut dictum est, medietatem ex integrum mihi eas livell. nomine dedisti. Tali ordine ut da admodum in mea q. s. Ardo vel de meis hered. sint potestatem jam dictam medietatem de prenominata Eccl. cum medietatem de omnibus rebus domnicatis et massariis ad eam pertinentibus, abendi tenendi ec. et in ipsa medietatem de nominata Eccl. per sing. annos per nostram dispositionem officium Dei, seo missarum fieri debent. Nisi tantam pro omni censum et justiciam exinde tibi vel ad posterisque success. tuis, per sing. annos per omne mense november, censum vobis reddere debeamus in civitate Luca, per nos aut per misso nostro, vobis vel ad misso vestro, aut ad

illum hominem qui eas pro tempore in beneficio abuerit, argen. den. bon. expend. numero duodecim tantum. Et si a nos vobis ec omnia ec. spondeo ego q. s. Ardo una cum meis hered. componere tibi q. s. Conradus Epis. vel ad posterisque success. tuis penam argen. solid. triginta, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos libelli Johannes not. et iudex dn. reg. scribere rogavimus. Actum Luca.

Signum † ma. Ardi qui hunc libellum fieri rogavit.

† Ego Ropo rogatus ec. me teste suba.

† Ego Willerodus rogatus ec. me teste ec.

† Ego Petrus not. dn. reg. rogatus teste suba.

† Ego Johann. not. et iudex dn. reg. post. traditam ec.

DOCUMENTO MCCCXVIII.

Il sudd. Vescovo cambia beni in Lucca presso la Chiesa di S. Giovanni con Leone giudice, nell' anno sudd. 947. Arch. Arc. † I. 82.

† In nom. Sancte et Individ. Triunitatis. Lotharius gratia Dei rex, anno regni ejus Deo propitio septimo decimo, octavo idus julii, indit. quinta. Manifestus sum ego Leo iudex dn. regis filio b. m. Ildighisi, quia convenit mihi una tecum Conradus gratia Dei ec. ut inter nos de aliquantis rebus commutationem facere deberemus, sicut et factum est. Proinde ego q. s. Leo iudex dn. regis, per hanc cartula in commutat. dare et tradere videor tibi q. s. Conradus Epis. ad pars Eccl. Epis. vestro S. Martini, idest una petia de terra mea illa quam abeo intra hanc civitate Lucense prope Eccl. S. Johann. Baptiste, teneates ipse petia de terra uno caput in via publica, alio caput tenet in terra Rosfridi, lato tenet in terra suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, et alio lato tenet in terra mea q. s. Leo iudex dn. regis, et in fundamento de casa que fuit qd. Johan. iudex dn. regis: suprascripta petia de terra qualiter ab omnis parte circumdata est per designatas locas, quod est per mensura ad justa pertica mensuratas schalas quinque in integrum, una cum inferioribus suis, seu cum accessionibus, et ingressoras suis, tibi eas in commutationem dare et tradere videor ad pars suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini. Et pro suprascripta petia de terra quas tibi in commutationem dedi, recepi ad te in commutationem de pars suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, idest una petia de terra illa intra

hanc civitate Lucense prope suprascripta Eccl. S. Johan. baptiste, pertinentes suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, tenentes ipse petia de terra uno caput cum uno lato in terra mea q. s. Leo iudex dn. regis, alio caput tenet in via publica, et alio lato tenet in fundamento de casa suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini. Suprascripta petia de terra qualiter ab omnis parte circumdata est per designatas locas, quod est per mensura ec. schalas tres et tertia portionem de schala una in integrum, una cum inferioribus et superioribus suis, seu cum accessionibus et ingressoras suis ad te eas in commutationem recepi de pars suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini. Ubi et super hanc commutationem secundum legem tu q. s. Conradus Epis. direxisti missos tuos. Hi sunt nomina eorum; Johannes iudex dn. regis advocatus suprascripte Eccl. vestre S. Martini, et Petrus not. filio b. m. Ghisalperti schab. seu Johan. filio Rottrude, qui ambulaverunt ec. Uade repromitto ego q. s. Leo iudex dn. regis una cum meis heredibus tibi q. s. Conradus Epis. vel ad posterisque success. tuis, aut eidem homini cui vos jam diu petia de terra, quas tibi in commutationem dedi, dederitis, vel abare decreveritis, ut si nos vobis eas aliquando tempore in aliquod exinde intentionaverimus aut retolli vel subtrahi quesierimus, nos vel ille homo cui nos eas dedissemus aut dederimus per quolibet

ingenio: et si nos exinde autores dare volueritis, vobis eas ab omni homines defendere non potuerimus; spondeo ego qui supra Leo iudex dn. regis una cum meis heredibus tibi q. s. Conradus Epis. vel ad posterisque success. tuis, aut eidem homini cui vos suprascripta petia de terra, quas tibi in commutationem dedi, dederitis vel abere decreveritis, iam dicta petia de terra, quas tibi in commutationem dedi, in duplum, infer quidem loco sub estimationem, quales tunc fuerit. Sic tamen si nos exinde autores, nec defensores querere nec dare nolueritis, licentiam abeatibus absque nostra persona, si vestra fuerit voluntas, exinde causas agendi, responsum reddendi, finem ponendi, modis omnibus vobis eas defensandi cum cartula ipsa, qualiter iuxta legem melius potueritis. Quia

taliter inter nos convenit, et duas inter nos cartula commutationis Teutpaldum not. et iudex dn. regis scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Leo iudex dn. regis in hac commutationis cartula a me facta subs.

† Ego Johan. iudex dn. regis advocatus suprascripte Eccl. super ipsis rebus accessi, et estimavi, et missus fui.

† Ego Petrus not. super ec.

† Ego Johannes super ec.

† Ego Ghisalprando not. dn. regis rogatus teste subs.

† Ego Petrus not. ec.

† Ego Fraolmi rogatus ec.

† Ego Beraldo rogatus ec.

† Ego Teutpaldus not. et iudex dn. regis post traditam ec.

DOCUMENTO MCCCXIX.

Il sudd. Vescovo allivella a Domenico figlio della su Giusto, l'ottava parte della Chiesa e beni di S. Maria di Campulo, colla metà di una casa posta nel detto luogo, nell' anno 948. Arch. Arc. † L. 11.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. ec. Lotharius ec. rex, anno ec. decimo septimo, undecimo kal. aprilis, indit. sexta. Manifestum sum ego Dominico, qui Baruntio vocatur, filio b. m. Juste, quia tu Conradus gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ec. idest octavam portionem de Eccl. illa cui vocabulum est S. Marie. sita loco ubi dicitur Campulo finibus Castrovovo, pertinentes suprascripti Epis. vestro: iam dicta octava portionem de predicta Eccl. cum fundamento et edificio suo, seo casis domnicatis et massariciis suis, seo curtis ortis terris vineis silvis ec. de omnia quantum ad ipsa Eccl. est pertinentes, octavam portionem mihi eas livell. nomine dedisti. Seo et livell. nom. dedisti mihi, idest medietatem ex integram de casa et res illa in suprascripto loco Campulo, pertinentes suprascripti Epis. vestro S. Martini, quas qd. Petripertuo, que Popo vocabatur, et Johan. gg. ad manus suarum abuerunt: iam dicta medietate de suprascriptis rebus cum fundamento et edificio

BARSOC. TOM. V. PAR. 111.

suo, seo curte orto terris vineis, granario silvis ec. cultis vel incultis, tam in loco Maschiano, quam et per aliis locibus et vocabulis, pertinentibus de suprascriptis rebus, vel quantum suprascripti gg. detinuerunt, ut dictum est, mediet. ex integram mihi eas ec. Tali ordinem ut da admodum in mea q. s. Dominico vel de meis hered. sint potestatem suprascripta octavam portionem de suprascripta Eccl. seo rebus domnicatis et massariciis, pertinentes de suprascripta Eccl. seo mediet. de suprascriptis rebus, quas mihi dedisti, eas abendi tenendi ec. et in ipsa Dom. Eccl. per nostram dispositionem officium Dei et luminaria seo missarum solemnita fieri debeam; et in ipsis casis quas nobis supra dedisti, homines ad residendum ec. et tam ipsa casa quam et res bene laborare ec. Nisi tantum ec. exinde tibi vel ad success. tuis per sing. annos per omne mense september, censum vobis reddere ec. ic civitate Luca per nos ec. vobis ec. aut ad ministerialem vestrum, argen. den. bon.

28

expend. numero decem, et homines illos qui in ipsa casa habitantes fuerit, nos eos ec. Et si a nos vobis ec. omnia ec. spondeo ego q. s. ec. componere tibi q. s. ec. penam argen. solid. centum, quia taliter ec. et duos ec. Johan. not. et iudex dn. regis scribere rogavi. Actum Luca.

Signum † ms. Dominichi qui ec.
 † Ego Leo rogatus ec.
 † Ego Richardo rogatus ec.
 † Ego Johan. rogatus ec.
 † Ego Petrus not. dn. regis rogatus ec.
 † Ego Johan. not. et iudex post tradit. ec.

D O C U M E N T O MCCCXX.

Il sudd. Vescovo allivella ad Adalberto la metà della Chiesa di S. Nazario ed Eufemia, posta in Lucca presso la Chiesa di S. Alessandro, nell' anno sudd. 948. Arch. Arc. †† H. 38.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. ec. Lotharius ec. rex, anno ec. septimo decimo, octavo kal. aprilis, indit. sexta. Manifestu sum ego Adalberto filio b. m. Leutardi que Aggho vocabatur, quia tu Conradus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ec. idest medietat. ex integra de Eccl. illa cui vocab. est S. Eufemie et S. Nazari sita hic Luca prope Eccl. S. Alessandri, que est de suppotestate Epis. vestro S. Martini. Jam dicta mediet. de prenomi nata Eccl. cum fundamento et edeficio suo, seu medietate de casa illa quod est sala et subdita, seo puteo et curticella et via seu terris, et omnia quantum ad ipsa Eccl. est pertinentes, ut dictum est, mediet. ex integra mihi eas livell. ec. Tali ordinem ut da admodum in mea q. s. ec. vel de meis hered. sint potestatem eas abendi ec. et in ipsa Dom. Eccl. S. Eufemie ec. per nostra dispositione officium Dei ec. seo missarum solemniam ec. Nisi tantum pro omni censum ec. exinde tibi vel ad success. tuis, per sing. annos per omne mense magio

censum vobis reddere ec. ic civit. Luca ad suprascripto domum Epis. vestro, per nos ec. vobis vel ad misso vestro, aut ad ministerialem illum, qui in ipso domum pro tempore abueritis, argen. den. tres boni expend. tantum. Et si a nos vobis hec omnia qualiter ec. per sing. annos ad pars suprascripte Eccles. Episc. vestro taliter adimpleverimus et conservaverimus, sicut supra legitur, aut si suprascripta mediet. de prenom. Eccl. seo casa et rebus, pertinentibus de ipsa Eccl. quas nobis supra dedisti, relaxaverimus, vel si per nos pegiorata fuerit, spondeo ego q. s. Adalberto una cum meis hered. comp. tibi q. s. ec. penam argen. solid. triginta, quia taliter ec. et duos ec. Johan. not. et iudex dn. regis scribere rogavimus. Actum Luca.
 Signum † ms. Adalberti qui ec.
 † Roppaldus iudex dn. reg. subs.
 † Teutpaldus iudex dn. reg. subs.
 † Ego Gonerado rogatus ec.
 † Johannes not. et iudex dn. reg. post traditam ec.

D O C U M E N T O MCCCXXI.

*Il sudd. Vescovo allivella a Benedetto l'altra metà della predetta Chiesa, nel giorno, ed anno medesimo. Arch. Arc. * A. 10.*

Tom. IV. Par. II. Append. Doc. 63.

DOCUMENTO MCCCXXII.

*Il sudd. Vescovo allivella a Giovanni una pezza di terra in Asilatto, nell'anno sudd. 948. Arch. Arc. * K. 91.*

scriptis denominatis hominibus exinde ad manus suarum abere et detinere videtur, competit exinde mihi medietas, ipsa vero ex integram meam portionem, quas sunt cultis rebus per mensura ad justa pertica mensuratas mod. tres, et de terris agrestibus quod sunt silvis et buscareis seu gerboras mod. tres, in integram tibi eas in comutationem dare et tradere videor ad pars suprascripte Eccl. vestre, cum meam portionem ex integram de cassina et res illa massaricias sita suprascripto loco et finibus Manciana, que recta fuit per qd. Urso massario; de cassina vero ipsa cum fundamento et edeficio suo, seu de curtis ortis terris vineis silvis ec. de omnia ex omnibus quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascripta cassina et res massaricias est pertinentes, et suprascripto qd. Urso massario exinde ad manus suas abuit, competit exinde mihi tertiam portionem, ipsa vero ex integram meam portionem, quod sunt cultis rebus per mensuram ad justa perticam mensuratas mod. tres, et de terris agrestibus quod sunt silvis et buscareis et gerboras mod. tres, in integram tibi eas in comutationem dare et tradere videor a pars suprascripte Eccl. vestre. Item et in comutationem dare et tradere videor tibi a pars suprascripte Eccl. vestre, idest meam portionem ex integram de casa et res illa massaricias in loco et finibus Arsina, in loco ubi dicitur Carraria, que regere videtur per Marco massario, de casa vero ipsa cum fundamento et omnem edeficio suo, cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, competit exinde mihi de tres portionis quartam portionem, ipsa vero ex integram meam portionem, quod est per mensura ad justa pertica mensuratas sistariorum sex, in integram tibi eas in comutationem dare et tradere videor, cum meam portionem exintegram cum fundamento et casalino illo in qua fuit casa et res massaricias, in loco et finibus Arsina ubi dicitur Reppentina, quas Petrus et Popo ad manus suarum abere videtur; de fundamento et casalino vero ipso seu de omnibus rebus ad eum pertinentibus, competit exinde mihi tertiam portionem, ipsa vero ex integram meam portionem,

quod est per mensura ad justa pertica mensuratas sist. viginti, in integram tibi eas in comutationem dare et tradere videor ad pars suprascripte Eccl. vestre Domini et Salvatoris, una cum inferioribus et superioribus suis, seu cum accessionibus et ingressoras eorum, tibi eas in comutationem dare et tradere videor ad pars suprascripte Eccl. vestre Domini et Salvatoris. Et pro suprascriptis meam portionis de casis et cassinis seu casalino et rebus quas tibi in comutationem dedi ad pars suprascripte Eccl. vestre Domini et Salvatoris, recepi ad te in comutationem de pars suprascripte Eccl. vestre, idest tres petiis de terris illis in suprascripto loco et finibus Octavo, pertinentibus suprascripte Eccl. vestre, que una ex ipse petia de terra et vinea insimul amembratas vocitatur in Monitula, tenentes uno capo in terra que fuit qd. Isimbaldi et de consortibus suis, et alio capo tenet in terra et sterpeto suprascripte Eccl. vestre, quas mihi in comutationem menime dedisti, et in aliquantulo in terra et sterpeto qui fuit suprascripti qd. Isimbaldi et de consortibus suis, lato uno tenet in terra et vinea Ropaldi, et de consortibus suis, et alio lato tenet in terra Eccl. S. Angeli, et in aliquantulo in rio Surdo, petia ipsa de terra et vinea totas amembratas, quod est per mensura ad justa pertica mensuratas mod. quattuor et sist. septe in integram. Et ille secunda petia de terra vocitatur in terram *Lucese*, tenentes uno capo in via, et alio capo tenet in terra et silva suprascripte Eccl. vestre, quas mihi in comutationem menime dedisti; ambas lateras est tenentes in terra que fuit suprascripti qd. Isimbaldi et de consortibus suis, et in aliquantulo de uno lato tenet in terra de suprascripti S. Angeli, et in aliquantulo de alio lato tenet in terra que fuit suprascripti qd. Ropaldi, et de consortibus suis; petia ipsa de terra quod est per mensura ad justa pertica mensurata sist. undeci in integram. Et illa tertia petia de terra et vinea insimul amembratas vocitatur Parcantile, tenentes uno capo in terra et vinea suprascripte Eccl. vestre, quas mihi in comutationem meni-

me dedisti, et alio capo tenet in terra Eccl. S. Georgi et S. Marie, ambas lateras est tenentes in terra suprascripte Eccl. vestre, quas mihi in comutationem me-nime dedisti: petia ipsa de terra et vinea insimul amembratas, quod est per mensura ad justa pertica mensuratas mod. unum in integrum. His suprascriptis tres petiis de terris et vineis, qualiter circumdate sunt per designatas locas, quomodo supra mensura legitur, una cum inferioribus et superioribus suis, seu cum accessionibus et ingressoras suas ad te eas in comutationem recepi de pars suprascripte Eccl. vestre Domini et Salvatoris. Ubi et super hanc comutationem scilicet tu q. s. Conradus Epis. direxisti missos tuos: hi sunt nomina eorum; Gundalprando presb. et vicedomino, seu Petrus not. filio b. m. Ghisalperti scab. seu Johan. judex domnorum regum filio b. m. Petri not. et schab. qui ambulaverunt ec. Unde repromitto ego q. s. Vincenti presb. una cum meis hered. tibi q. s. Conradus Epia. vel ad posterisque success. tuis ec. Et si nos exinde autores dare volueritis, vobis eas ab omni homines defendere non poterimus: spondeo ego q. s. Vincenti presb.

una cum meis hered. componere tibi q. s. Conradus Epis vel ad posterisque success. tuis suprascriptis tua portionem de suprascriptis casis et cassinis seu casalino quas tibi in comutationem dedi, dederitis, jam dictis tuam portionem de suprascriptis casis es cassinis seu casalino in duplum, infer quidem loco ec. Sic tamen si nos exinde autores nec defensores querere nec dare nolueritis, licentiam abeatis asque nostra. . . si vestra fuerit voluntas, exinde causas agendi, responsam reddendi, finem ponendi, modis omnibus vobis eas defendendi cum ista comutationis cartulam, qualiter justa legem melius potueritis, quia taliter inter nos convenit, et duas inter nos comutationis cartule Petrum not. dn. regum scribere rogavimus. Actum Luca.

- † Ego Vincenti presb. in hanc comutatione cartula a me facta subs.
- † Ego Gundalprando presb. sicut de me supra legitur missus fui.
- † Ego Petrus not. sicut ec.
- † Ego Johan. judex sicut ec.
- † Ego Leo judex ec. subs.
- † Ego Winighildo judex ec. subs.
- † Ego Willeradus rogat. ec. me teste subs.
- † Ego Petrus not. dn. reg. post tradit. ec.

D O C U M E N T O M C C C L X X X .

Corrado Vescovo allivella una casa e beni posti in Tramonte, nell'anno sudd. 957. Arch. Arc. †† K. 44.

† In nom. Dom. nostri J. Xii. Dei eterni. Regnante dn. nostro Berengharius et Adalbertus filio ejus gratis Dei regibus, anno ec. septimo, sexto kal. julii, indit. quintadecima. Manifestu sum ego Benedicto filio b. m. item Benedicti, quia tu Conradus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ec. idest medietate ex integra de cassina, et res illa in loco ubi dicitur Transmonte, quas modo Leo presb., et quidam Fridiano ad manus suarum abere videbatur, pertinentes suprascripte Eccl. Epia. v. S. Martini. De jam dicta cassina et res cum fundamento ec. seq. curte ec. de omnia quantum ad suprascripta cassina et res est pertinentes, et suprascripto Leo presb. et

qd. Fridiano ad laborandum ad manus suarum abuerunt et detenuerunt, ut dictum est, mediet. ex integra mihi eas livell. nom. dedisti. Tali ordine ut da admodum ec. sint potestatem eas abendi ec. nisi tantum pro omni censum ec. exinde tibi vel ad posterisque ec. per sing. annos per omne mense december censum vobis exinde reddere ec. ic civitate Luca ad suprascripto domum Epia vestro S. Martini, per nos ec. vobis ec. vel ad ministeriale illum ec. argeu. den. quattuor boni expendiv. tantum. Et si a nos vobis ec. per sing. annos ad pars suprascripte Eccl. Epia. vestro non adimpleverimus ec. spondeo ego q. s. Benedicto cum meis hered.

comp tibi q. s. Conradus Epis. vel ad posterisque ec. penam argen. solid. viginti, quia taliter ec. et duos ec. Johan. not. et judex dn. reg. scribere rogavimus. Actum Luca.

Signum † ms. Benedicti qui ec.

† Ego Willeradus rog. ec.

† Ego Benitio not. et judex dn. reg. subs.

† Ego Deusdedi not. dn. reg. rog. ec.

† Winighildo judex dn. reg. subs.

† Ego Johannes not. et judex dn. reg. post traditam ec.

DOCUMENTO MCCCLXXXI.

*Il sudd. Vescovo allivella ad Inghifridi del fu Cunimundo otto case coi beni in Cassio Balbo, nell' anno sudd. 957. Arch. Arc. * F. 54.*

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Berengarius et Adalberto filio ejus gratia Dei regibus, anno ec. septimo, quinto idus novembris, indii. prima. Manifestu sum ego Inghifridi, que Inghitio vocatur filio b. m. Chunimundi, quia tu Conradus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ec. idest octo de inter casis, seu rebus illis massariciis que sunt in loco et fundo nuncupante Cascobalbo, pertinentes suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini; que una ex ipse casa et res massaricias recta esse videtur per Gillo, secunda per Johan. tertia per Benitio, quarta per alios Johann. quinta per Andrea, sexta per Chascano, septima cassina et res massaricia esse videtur in loco et finibus, ubi dicitur Prato Benenati, que recta esse videtur per Dominico massario; et ille octava casa et res massaricias esse videtur Laniscana, que recta esse videtur per Silvulo massario. Has suprascriptis octo de inter casis et cassinis, seu rebus massaricias cum fundamentis et omnem ec. seo curtis ortis ec. olivis ec. omnia et ex omnibus ec. et suprascripti

denominatis hominibus ad manus suarum abere videtur, in integrum mihi eas ec. Tali ordinem ut ab odierna die in mea q. s. Inghifridi vel de meis hered. sint et permaneant potestate suprascriptis de inter casis et cassinis quas michi dedisti, eas abendi ec. Nisi tantum ec. ad pars Eccl. Epis. vestro per sing. annos, per omne mense magio censum vobis reddere debeamus hic Luca ad suprascripto domum Epis. vestro, per nos ec. vobis ec. arg. den. bon. expend. solid. duodecim, duodecim den. per sing. solidos rationatos. Et si a nos vobis ec. spondeo ego q. s. Inghifridi una ec. comp. tibi q. s. Conradus Epis. vel ec. penam argen. solid. centum, quia ec. et duos ec. Petrum not. dn. reg. scribere rogavi. Actum Luca.

† Ego Inghifridi qui ec.

† Winighildo judex dn. reg. subs.

† Ego Rodolfo ec.

† Ego Deusdedi not. ec.

† Ego Wambertus not. rog. ec.

† Ego Johan. judex dn. reg. subs.

† Ego Petrus not. post traditam ec.

DOCUMENTO MCCCLXXXII.

Il sudd. Vescovo allivella a Viterno figlio del fu Inghifridi una casa coi suoi beni in Garfagnana, nell' anno 958. Arch. Arc. †† A. 46.

† In nom. S. et indiv. Trinitatis. Berengarius et Adalbertus filio ejus gratia Dei regibus, anno ec. octavo, sexto kal. majii, indit. prima. Manifestu sum ego Witerno filio b. m. Inghifridi, quia tu Conradus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum ec. idest fundamentum et casalino

illo, ubi jam fait casa, et res illa massaricias infra chomitato et territorio lacense finibus Carfanianse, ubi dicitur Colognola, pertinentes suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, quas qd. Johan. massario ad manus suas abuit: casalino vero ipso cum fundamento et omnem

edificio suo, seo curte orto vineis olivis silvis ec. omnia et in omnibus rebus, quantas ubique ec. et suprascripto qd. Johan. massario ad manus ec. in integrum mihi eas livell. nom. dedisti: tali ordine ut da admodum in mea q. s. Witerno vel de meis hered. sint potestatem suprascripto casalino et res ec. eas abendi tenendi ec. et infra suprascripto casalino et res, infra isto anno expleto proximo venturo, ibidem casa levare et claudere, seo cooperire debeamus, et in ipsa casa homines ad residendum et abitandum mittere ec. et tam ipsa casa quam et res bene laborare et gubernare seo meliorare debeamus, et nobis eas privatum nom. usufructuandi. Nisi tantum pro omoi censum ec. exinde tibi vel ad posterisque subcess. tuis per sing. annos per omne mense December censum exinde vobis reddere ec. hic Luca ad suprascripto domu Epis. vestro S. Mar-

tini, per nos ec. vobis vel ec. aut a ministerialem ec. vel ad illos homines qui eas da vos pro tempore in beneficio abuerit, argen. den. bon. expend. num. octo. Et homines illos qui in ipsa casa habitantes fuerit, nos eos a mandato vestro venire faciamus hic Luca legem ec. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego q. s. Witterno una ec. comp. tibi q. s. Conradus Epis. vel ad posterisque ec. penam argen. solid. centum, quia taliter ec. et duos ec. Ghisalprandum not. et fudex dn. reg. scribere ec. Actum Luca.

Signum † ms. Witterni qui ec.

† Ego Rosfridi rogatus ec.

† Ego Fraolmi rogatus ec.

† Ego Fraimundo rogatus ec.

† Johan. judex dn. reg. subs.

† Ego Ghisalprandus not. et judex dn. reg. post traditam ec.

D O C U M E N T O MCCCLXXXIII.

Il sudd. Vescovo allivella a Domenico del su Causerado casa e beni in Curscianno, nell'anno sudd. 958. Arch. Arc. †† R. 75.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Berengarius et Adalbertus gratia Dei regib. anno ec. octavo, pridie idus magias, indit. prima. Manifestu sum ego Dominicho filio h. m. Causeradi, quia tu Conradus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum ec. idest casa et res illa massaricias in loco et finibus Carsciano, pertinentes suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, quas modo Bonitio massario ad manum suarum ad laborandum abere ec. casa vero ipsa cum fundamento et edificio suo, seo curte ec. silvis ec. omnia quantum ad suprascripta casa ec. et suprascripto Bonitio ad laborandum ec. mihi dedisti in integrum livell. nom. Tali ordine ut da admodum in mea q. s. Dominicho, vel de meis hered. sint potestatem ec. aben-

di ec. et in ipsa casa residere et habitare debeamus. Nisi tantum ec. per sing. annos per omne mense januario vobis reddere debeamus hic civit. Luca, per nos ec. argen. den. quinque bonos ec. et a mandato vestro ec. Et si a nos vobis ec. spondeo ego q. s. Dominicho una ec. comp. tibi q. s. Conradus Epis. vel ec. penam argen. sol. viginti, quia taliter ec. et duos ec. Fulbertus not. dn. regum ec. Actum Luca.

Signum † ma. Dominichi qui ec.

† Adalbertus judex dn. reg. subs.

† Johannes judex dn. reg. subs.

† Auribertus judex dn. reg. subs.

† Deusdedi rogatus ec.

† Winighildo judex dn. reg. subs.

† Fulbertus not. dn. reg. post traditam ec.

DOCUMENTO MCCCLXXXIV.

*Il sudd. Vescovo cambia con Pietro figlio della fu Ghisalberga una casa posta in Lucca presso la Chiesa di S. Michele in foro, con alcuni beni in Marlia, nell'anno 959. Arch. Arc. * E. 42.*

Exemplar. In nom. Dom. Dei et Salv. nostri J. Xti. Berengarius, et Adalbertus filioejus, anno regni eorum auxiliante Dom. nono, quinto decimo kal. februarii, indit. secunda. Manifesto sum ego Conradus gratia Dei ec. quia convenit mihi una tecum Petrus, que Aghino vocatur filio b. m. Ghisalperghe, ut inter nos de aliquantis rebus comutationem facere deberemus, sicut et factum est. Proinde ego q. s. Conradus Epis. per hanc cartulam in comutationem dare et tradere videor tibi q. s. Petrus de pars Eccl. nostre S. Michaeli Arcang. sito infra hanc lucana civitatem que vocitatur ad Foro, que est de subregimine et potest. suprascripte Eccl. Epis. nostro S. Martini, idest una petiola de terra illa cum casa super se abentes, et terra vacua ante se totas insimul amembratas, pertinentes suprascripte Eccl. S. Mich. Arcang. sito in suprascripto loco Foro, recta suprascripta Eccl. S. Michaelis, et est tenentes ipsa petia de terra cum casa super se abentes cum terra vacua ante se, totas insimul ec. uno capo in via publica, alio capo cum uno lato in casa et curte pretaxate Eccl. nostre S. Mich. et alio lato tenet in terra Aldoni presb. Hec suprascr. petia de terra cum casa ec. et terra vacua ante se, totas insimul amembratas, qualiter ab omni parte circumdata est per designatas locas, quod est per mensura ec. schalas tres, et tertiam portionem de alia schala in integrum, cum inferioribus ec. seu cum accessionibus ec. tibi eas in comutationem dare ec. de pars prenominate Eccl. nostre S. Mich. Arcang. Et pro suprascripta petiola de terra cum casa ec. recepi ad te in comutationem ad pars suprascripte Eccl. nostre, idest casa et res una illa massaricias quas abis in loco et finibus Marilla, ubi dicitur Colle Morelli, quas Dominico massario ad laborandum ad manus suas

abere videtur: casa vero ipsa cum fundamento et omnem edificio suo vel universis fabricis suis, seu curte orto terris vineis olivis virgareis ec. omnia et ex omnibus rebus, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascripta casa et res est pertinentes, ad suprascripto Dominico massario ad laborandum ec. in integrum una cum inferioribus ec. seu cum accessionibus ec. ad te eas in comutat. ec. et est tota ipsa res per mensura ec. mod. duo et sist. duo. Sed et recepi ad te in comutat. ad pars suprascripte Eccl. nostre S. Michael. idest una petia de terra illa, quas abis in loco et finibus Meragho, tenentes uno capo in via publica, alio capo tenet in terra que fuit qd. Ildebrandi comis, lato uno tenet in terra Fraolmi, et alio lato tenet in terra Johan. suprascripta petia de terra qualiter ab omni parte ec. quod est per mensura ec. sist. viginti et sex in integrum, una cum inferioribus ec. seu cum accessionibus ec. ad te eas in comutationem recepi ad pars ec. Ubi et super hanc comutationem secundum legem ego q. s. Conradus Epis. direxit missos meos; hi sunt nomina eorum. Ilpolfus diac. filio Lei, et Petrus presb. et primicerio, adque Willerado filio b. m. Goffridi, qui ambulaverunt ec. Unde repromitto ego q. s. Conradus Epis. una cum posterisque ec. tibi q. s. Petrus vel ad heredes tuos ec. Et si nos exinde autores dare volueritis, vobis eas ab omni homines defendere non poterimus: spondeo ego q. s. Conradus Epis. una cum posterisque ec. componere tibi q. s. Petrus vel ad tuos hered. aut eidem homini cui vos ec. suprascripta petia de terra cum casa super se abentes ec. induplum, infer quidem loco sub extimatione quales ec. Sic tamen si nos exinde autores nec defensores querere nec dare nolueritis, licentiam abeat ec. quia tali-

ter ec. et duas inter nos comutationis cartule ec. Petrus not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Conradus gratia Dei humilis Epis. in hanc comutationis cartula a me facta subs.

Seguono i tre messi.

† Winighido iudex dn. reg. subs.

† Chunimundo iudex dn. reg. subs.

† Ego Winibertus not. rogatus ec.

† Ego Deusdedi not. dn. reg. rogatus ec.
† Ego Petrus not. dn. regis post traditam complevi et dedi.

† Ego q. s. Winighildo iudex autenticum illum fideliter exemplavi litteris plus minus.

† Ego Petrus not. dn. regum autenticum illo a me ipso facto vidi et legi, unde hunc exemplar factum est, ibi et subs.

DOCUMENTO MCCCLXXXV.

Il sudd. Vescovo cambia con Viniberto beni in Tassignano e Rotta, nell'anno sudd. 959. Arch. Arc. † M. 38.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Berengarius et Adalbertus gratia Dei regibus, anno ec. decimo, quartodecimo kal. decembris, Manifestatum sum ego Winighildi cler. quia convenit mihi una tecum Conradus gratia Dei, ut inter tionem facere deberemus, sicut ec. Proinde ego q. s. Winibertus not. per hanc cartulam in comutationem dare et tradere videor. Martini, idest cassina et res mea illa massaricias quas abeo in loco et finibus Valiano prope Tassiniano, quas Homicio massario ad manus ec. cassina vero ipsa cum fundamento et edificio suo, seo curte orto adque vineis, omnia ex omnibus rebus quantas ubique in suprascripto loco Valiano; has suprascripta Homicio massario exinde ad manus habere videtur, quod est inter totas per mensura ad juxta pertica mensuratas sist. viginti ferioribus et superioribus, seo cum accessionibus et ingressoras suas tibi eas in comutationem dare et tradere videor, cum duo petiis de terris meis illis quas abeo. ipse petia de terra vocitatur *via Cava*, tenentes uno capo in via, alio capo detinet in Eccl. Monast. Domini et Salvatoris de Sexto, lato uno detinet. lato uno detinet in terra Eccl. Monast. Brisciana. Et ille secunda petia de terra vocitatur *Canabbia*, tenentes uno capo in *fluvio Ausera*, et alio capo. Epis. vestro S. Martini, quas mihi in comutat. menime dedisti, lato uno de-

tinet in terra Eccl. Monast. S. Petri de Campo majore, est. detinet in suprascripto fluvio *Ausera*. Has suprascriptas duo petiis de terris, qualiter ab omni parte circumdate sunt per designatas locas, quod sunt inter ambas. mensuratas sist. quinquaginta duo in integram, una cum inferioribus ec. seo cum accessionibus ec. tibi eas in comutationem da. fundamento Eccl. illo, ubi jam fuit Eccl. cui vocab. fuit *S. Aghate* sita loco et finibus Tempaniano, que est de subregimine et. vestro S. Martini. Has suprascriptas cassina et res massaricias, cum duo petiis de terris illis quas tibi fundamentum et casalino illo ubi fuit Eccl. cui vocabulum fuit *S. Aghathe*, idest fundamento res massaricias in loco nuncupante Sugrominio ubi dicitur Fubbiano, pertinentes ipsius fundamentum ubi jam fuit Eccl. cui vocabulum ulo et Sabbatino massarii ad manus suarum abere ec. Hoc autem suprascripto fundamento et casalino, in qua fuit casa et res omnem edificio suo curte orto ec. olivis silvis ec. cultis rebus vel incultis, omnia ex omnibus rebus quantas vocabulis ad suprascripto fundamento et casalino, in qua fuit casa et res massaricias, quod est ioter sedimina et *areis* ubi *vites* extant, adque terra septem, et de terris agrestibus quod sunt silvis hac *atalareis* et *buscareis* seu gerboras sist. nove et di-

midio sisterei, omnibus suprascriptis. . .
 . . . nominati massarii ad manus sua-
 rum abere ec. una cum inferioribus ec.
 seu cum accessionibus ec. mihi ec. de pars
 pretaxati Eccl. Epis. vestro S. Martini.
 Ubi et super hanc comutat. secundum le-
 gem tu qui supra Conradus Epis. direxisti
 misso . . . et primicerius, et Teodero,
 que Teutio vocatur filio b. m. Grimaldi,
 seo Petrus filio b. m. Tactii, qui ambu-
 laverunt ec. Unde repromitto ego q. s.
 Winibertus not. una cum meis hered. tibi
 q. s. Conradus Epis. vel ad posterisque ec.
 aut eidem homini cui vos suprascriptis cas-
 sina et res. . . . quas vobis in comutat.

dedi, dederitis vel abere decreveritis, ut
 si nos vobis ec. Sic tamen si nos exinde
 autores nec defensores querere nec dare
 nolueritis, licentiam abeat ec. quia ta-
 liter ec. et duas ec. Peirum not. dn. reg.
 scribere ec. Actum Luca.

† Ego Winibertus not. in anc comutat. ec.

Seguono i messi.

† Johannes iudex dn. reg. subs.

† Cosfridi iudex dn. reg. subs.

† Ghisalprandus iudex dn. reg. subs.

† Johan. iudex dn. reg. subs.

† Arnifridi not. dn. reg. rogatus ec.

† Petrus not. dn. reg. post traditam ec.

DOCUMENTO MCCCLXXXVI.

*Corrado insieme al suo clevo ordina Abbatessa Grimma nel Monastero
 di S. Salvatore in Brisciano, nell' anno 960. Arch. Arc. * G. 25.*

† In Xti. nom. Notitia ordinationis, qua-
 liter dn. Chonradus gratia Dei hujus San.
 Luc. Eccl. humilis Epis. cum sacerdoti-
 bus et diaconibus una cum multi venisset
 ad Eccl. Domini et Salvatoris qui dicitur
 Brisciani situm infra hanc urbem, et in-
 venerit eum destructum, congregaverat
 ibi in unum congregationes monacharum
 ipsius Monast. Domini et Salvatoris pariter
 cum ipsa Teuderada, que erat ibi Abbatissa
 de ipso Monasterio, et interrogavit eas
 Presul, per quod ipsum Monast. esset de-
 structum; cui ipsa Teuderada dixit: dum
 potui gubernavi hoc Monast. Veni in tem-
 pore senectutis et caliginem oculorum, et
 nimium infirmitatis, ideo non possum eum
 gubernare nec regere. Tantum rogo mer-
 cedem vestram, ut in locum meum mit-
 tetis Abbatissa que eum regere et guber-
 nare valeat, quia ego hunc locum nullo
 modo tenere valeo. Volo etiam una cum
 omnibus istis monachabus istius Monast. ut
 istam sororem nostram nepotem meam no-
 mine Grimma, que ab infantia in hoc Mo-
 nasterio nutrita fuit, in huc venerab. loco
 Abbatissa et gubernatrice degnemini ordi-
 nare, ac benedicere, et eo tenore ego q. s.
 Teuderada trado tibi cui supra dn. Con-
 rado Epis. hoc San. Monast. ad ordinan-

dum. Cum ipsa Teuderada taliter dicere,
 tunc ipse dn. Chonradus Epis. iuterga-
 vit et inquisivit ipsas monachas predicti
 Monast. Dom. et Salvatoris qui ibi ade-
 rant, si ipsa Grimma voluissent Abbatissa
 in ipso Monast. eligere, et habere. Tunc
 omnes una voce misericordiam clamare
 ceperunt: si jubet paternitas vestra volu-
 mus ac petimus, ut nobis hanc nostram
 electam Dei ancillam nom. Grimma in
 hoc Sancto regimine absolute ordinare ac
 benedicere dignemini, eo quod juste et
 rationabiliter hunc venerab. locum secun-
 dum Dominum regere bene scit, simul
 et gubernare potest, et nos Abbatissam
 eam elegimus. Statim predictus dn. Chon-
 radus Epis. adquevit petitioni voluntatis
 eorum, et per regulam et ferulam, quam
 in suis manibus detinebat, per voluntatem
 et consensum predictae Abbatisse Teude-
 rade, cessit tradidit et ordinavit predictam
 Grimmam in suprascripto Manast. Dom. et
 Salvatoris, et eam inde investivit, et Ab-
 batissam ordinavit et benedixit. Et deinceps
 in antea dum vita ipsius Grimme Abbatisse
 fuerit, in ejus potestatem constituit pre-
 dictum Monast. cum omnibus casis et
 rebus seu mobilibus et immobilibus et fa-
 miliis ad predictum Monast. pertinentibus

habendum tenendum regendum gubernandum laborare faciendum et usufructuandum et in ipsa Dom. Eccl. Monasterii per ipsius Grimme Abbat. dispositionem officium Dei et luminaria seu incensis adque misse fierent. Unde statuit predictas Presul atque constituit, ut neque a se ipso Pontifice, neque a success. suis hec notitia ordinationis aliquo tempore posse disrupti nec frangi; sed cunctis temporibus, dum vita ipsius Grimme fuerit, hec ordinationis pagina in sua permaneat firmitate et robore. Quam Leo not. dn. regum per securitate et futura ostensione eidem Grimme Abbat. scripsit. Actum Luca tempore dn. Berengarii et Adalberti filii ejus gratia Dei regum, anno regni eorum Deo propitio decimo, tertio idus januarii, indit. tertia.

† Ego Chonradus gratia Dei hom. Epis. in hac ordinat. a me facta subs.

† Ego Johannes archid. ibi fui

† Ego Martinus archipresb. ec.

† Ego Petrus presb. et primic. ec.

† Ego Daiprandus presb. card. ec.

† Ego Stefanus presb. card. ec.

† Ego Aldo presb. et card. ec.

† Ego Silveradus presb. et card. ec.

† Ego Benedictus presb. et card. ec.

† Ego Guldelbertus presb. ibi fui.

† Ego Dominicus presb. ec.

† Ego Adalbertus presb. ec.

† Ego Wido ibi fui.

† Ego diaconus presb. et card. et cantor ibi fui.

† Ego Ildebrandus diac. ibi fui.

† Ego Stephanus presb. et card. ibi fui.

† Ego Gumsfredus diac. ibi fui.

† Ego Johan. diac. ibi fui.

† Ego Heribrandus diac. ec.

† Ego Petrus diac. ec.

† Ego Andreas diac. ec.

† Ego Maria monacha consensi et legi.

† Ego Dominica monaca ec.

† Ego Dominica monacha ec.

† Ego Theoderada monacha ec.

Signum † ms. Anglianperghe monache ec.

Signum † ms. Albisiude monache ec.

† Leo judex dn. reg. ibi fui.

† Andreas judex dn. reg. ibi fui.

† Teutpaldus judex du. reg. ibi fui.

DOCUMENTO MCCCLXXXVII.

*Il suidd. Vescovo cambia beni con Giovanni prete nel vico Alais, e Sesto, nell'anno suidd. 960. Arch. Arc. * G. 8.*

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Berengarius et Adalberto gratia Dei regibus, anno ec. decimo, septimo decimo kal. aprilis, indit. tertia. Manifestu sum ego Johan. presb. filio b. m. Lei, quia tu Conradus gratia Dei ec. ut inter nos de aliquantibus rebus comutationem facere deberemus, sicut ec. Proinde ego q. s. Johan. presb. per hanc cartulam in comutationem dare ec. tibi q. s. Conradus Epis. ad pars Eccl. Epis vestroq. S. Martini, idest una petia de terra mea illa, quam abeo in loco et finibus Vico, que dicitur Alii, (o *Alais*) prope Eccl. S. Marie, et est tenentes ipse petia de terra cum cassina super se abentes, cum curte orto totas simul amembratas, cum fundamentum et omnem ec. uno capo in terra que fuit vi-

BARSOC. TOM. V. PAR. III.

nea, que fuit qd. Ildebrandi comis, et alio lato cum ambas lateras tenet in terra seu orto, que fuit qd. Sichelmi diac. in integrum, una cum inferioribus eo. tibi eas ec. ad pars prenominata Eccl. vestre, quod est per mensura ec. sist. quinque. Quidem dare et tradere ec. ad pars suprascripte Eccl. ec. idest tres petiis de terris meis illis, quam abeo in eodem loco Vico, que dicitur Aliis, que una ex ipsa petia de terra dicitur sub Politioni, tenentes uno capo in via, et alio capo tenet cum uno lato in terra que fuit suprascripti qd. Sichelmi diac. et alio lato tenet in terra que fuit predicti qd. Ildebrandi comis: et illa secunda petia de terra in ipso loco vocatur Campo da Fichito, tenentes uno capo in via, et alio capo cum

uno lato tenet in terra que fuit suprascripti qd. Sichelmi diac. et alio lato tenet in terra Albizii; et ille tertia petia de terra in ipso loco vocitator ad Plopito, tenentes uno capo cum ambas lateras in terra que fuit qd. Sichelmi diac. et alio capo tenet in terra que fuit qd. Albolfi: has suprascriptas tres petiis de terris qualiter ab omnis parte circumdate sunt ec. quod sunt per mensura ad justa pertica ec. modiorum duo et sistaria decem et septe in integrum, cum inferioribus ec. seu cum accessionibus ec. tibi eas in comutationem dare ec. ad pars suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini. Et pro suprascripta petia de terra cum cassina super se abentes, cum fundamento ec. cum curte orto totas insimul amembratas, et predictis tres petiis de terris, quas tibi in comut. dedi, recepi ad te in comutat. de pars suprascripte Eccl. ec. idest una petia de terra illa cum casa super se abentes, cum curte orto adque vinea seu terra et sterpeto totas insimul amembratas, in loco et finibus ubi dicitur ad Colle prope Sexto, pertinentes suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, et est tenentes ipse petia de terra cum casa super se abentes, cum curte orto adque vinea seu terra et sterpeto totas insimul ec. uno capo in terra quot est sterpeto Eccl. plebis vestre S. Johan. Batiste et S. Marie de Sexto, quod est plebis batismalis cum alio capo,

lato uno tenet in terra Eccl. S. Martini, et alio lato tenet in terra et vinea seo sterpeto qui fuit qd. Hldibrandi comis: has suprascripta petia de terra cum casa super se abentes cum fundamento et edeficio suo, cum curte orto ec. totas insimul ec. qualiter ab omnis parte circumdata est quod est per mensura ec. mod. duo in integrum, una cum inferioribus ec. seu cum accessionibus ec. ad te eas in comutat. recepi de pars ec. Ubi et super hanc comutat. ec. tu q. s. Conradus direxisti missos tuos. Hi sunt nomina eorum: Johan. archidiacon. filio b. m. Gumfridi, et Gumdalprando presb. et vicedomino, adque Johan. iudex dn. regum filio b. m. Petri not. et scab. qui ambulaverunt ec. Unde repromitto ego qui supra Johan. presb. una cum meis hered. tibi qui supra Conradus Epis. vel ad posterisque ec. Sic tamen si nos exinde auctores, nec defensores querere nec dare nolueritis, licentiam abeatis ec. Quia taliter ec. et duas ec. Petrum not. dn. regum scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Johan. presb. in ac comutationis ec.

Seguono i messi.

† Ghisalprandus iudex dn. reg. subs.

† Winighildo iudex dn. reg. subs.

.

† Ego Petrus not. dn. reg. post tradit. ec.

D O G U M E N T O M C C C L X X X V I I I .

Il sudd. Vescovo cambia beni in Marila con Gottifredo del fu Gottifredo, nell'anno sudd. 960. Arch. Arc. † P. 81.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Berengarius et Adalbertus filio ejus gratia Dei regibus, anno ec. decimo, sexto decimo kal. augusti, indit. tertia. Manifestus sum ego Gottifridi filio b. m. Gottifridi, quia convenit mihi una tecum Conradus gratia Dei ec. ut inter nos de aliquantis rebus, et casalinis comutationem ec. Proinde ego q. s. Gottifridi per hanc cartulam in comutationem dare ec. tibi q. s. Conradus Epis. ad pars suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, idest duo petiis de terris

meis quas abeo in loco, et finibus Marila, qui una ex his petiis de terra esse videtur vinea ubi dicitur ad Tribbio prope Eccl. S. Donnai, qui uno capo tene in via, alio capo tene in terra, et orto Lei presb. et de filii qd. Richardi, lato uno tene in terra, et vinea Jhoannis, et alio lato tene in via, et in terra, et vinea Rodilandi. Et ille alia petia de terra, et prato iusimul amembratas in ipso loco Marila que dicitur Petrastica, tenentes uno capo in terra que fuit qd. Gherardi, et alio capo in terra

Isimvaldi, lato uno in via, et alio lato tenet in terra Romaldi, et in terra suprascripti Gherardi; cum una petia de terra, et prato in ipso loco cum ipsa comprehensa, tenentes uno capo in terra, et prato, quas tibi supra dedi, et alio capo tenet in via, et lato uno tenet in terra jam nominati qd. Gherardi, et alio lato tenet in terra, et prato meo, quas mihi reservo. Suprascriptis petiis de terris qualiter supra circumdate sunt ec. quod sunt inter totas per mensura ec. mod. tres et sist. quatuor, in integrum tibi eas in comutationem ec. una cum inferioribus, et superioribus suis. Et pro suprascriptis petiis de terris, et vineis, seo terre, et prato ec. recepi a te ec. de pars suprascripte Eccl. ec. idest casalino, et terra illa ubi jam fuit casa, et solario infra urbem Luca prope Eccl. S. Benedicti, pertinentes suprascripte Eccl. Epia. S. Martini. Casalino et terra vero ipsa cum fundamento, et edificio suo, tenentes uno capo in terra, et casalino seu curte qui fuit qd. Benedicti, que Barocu vocabatur, alio capo tenet in via publica, lato uno tenet in terra, et fundamento, seo muro de casa illa, qui fuit solario, que fuit qd. Liuttardi que Liutio vocabatur, et alio lato tenet in terra, et casalino, qui fuit Fraolmi, et qd. Cuneradi, seo Teudimundi gg. Suprascripto casalino, et terra cum fundamento ec. qualiter circumdata

est ec. quod est per mensura ec. scalas tres in integrum, una cum inferioribus ec. seu cum accessionibus ec. mihi eas in comutationem ec. Ubi et super hanc commutationem secundum legem tu q. s. Conradus direxisti missos tuos. Hi sunt nomina eorum: Johan. archidisc. filio b. m. Gottifridi, seo Stefano presb. custodem S. Eccl. domnus Epia. S. Martini, et Andreas filio b. m. Ingalrade, que Inghitia vocabatur, una cum alios bonos et credentes homines. Hi sunt nomina eorum, Homitio filio b. m. Gumprandi, et Johan. iudex dn. regum filio b. m. Petri not. et sehab. seo Leo que Actio vocatur filio b. m. Gosfridi, qui ambulaverunt ec. Unde repromitto ego q. s. Gottifridi una cum meis hered. tibi q. s. Conradus Epia. vel ad posterisque ec. aut eidem homini cui vos suprascriptis ec. in duplam infer quidem loco sub extimationem quales ec. Sic tamen si vos exinde autores querere nec dare ec. licentiam abestis ec. qualiter juxta legem melius poteritis, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos ec. Rottardum not. dn. reg. scribere ec. Actum castello de Murriano.

† Ego Gottifredus in anc comutat. cartula.
Seguono i messi.

† Ego Willeradus rogatus ec.

† Ego Benedicto rogatus ec.

DOCUMENTO MCCCXXXIX.

Alda moglie di Eriberto col consenso del giudice vende insieme col marito a Teodoro alcuni beni in Brancoli, che formavano il suo morgin-cap, nell'anno 961. Arch. Arc. † D. 69.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Berengarius et Adalbertus filio ejus, gratia Dei regibus, anno ec. undecimo, sexto kal. february, indit quarta. Manifesta sum ego Alda mulier Eriberti et filia b. m. Hudi, quia consentiente mihi suprascripto vir meus, ubi et secundum legem interesse videtur notitia Johan. iudex dn. regum, ad quibus secundum legem interrogata et cognita sum, eo quod nulla me passa sim violentia, set pura et integra mea voluntas

sequentes edicti paginam comuniter cum ipso vir meus, per hanc cartulam venundamus et tradimus tibi Teodoro, que Teutio vocatur filio b. m. Grimaldi, idest illam quartam portionem ex integrum de portionem illam, que fuit suprascripti viri mei de septem petiis de inter terris et vineis, seu ortas adque silvis et sterpetis cum casa super se abentes, que una ex ipse petia de terra cum casa super se abente, cum corte et orto adque terra et vinea simulque silva

insimul amembratas, que esse videtur in loco et finibus Brancalo ubi dicitur Menzomonte, et ille secunda petia de terra cum casa super se abente seu cote orto adque vinea totas insimul comprehensa, que esse videtur in predicto loco Brancalo, ubi dicitur Vinclana: et ille tertia petia de terra quod est quercieto, que esse videtur in pretaxato loco et finibus Brancalo ubi dicitur Menzomonte. Et ille quarta petia de terra quod est orto, que esse videtur in prenominato loco Brancalo ubi dicitur Vinclana. Et illa quinta petia de terra quod est sterpeto et virgario vocatur Bucino: et ille septima petia de terra quod est sterpeto et virgario in suprascripto loco Brancalo ubi dicitur Rivo-hosci: Quas hec omnia suprascripta portione de predictis petiis de terris cum casa super se abentes, cum curtis ortis adque vineis seu silvis et sterpetas adque virgarias in singulis denominatis locibus et vocabulis, tibi per cartula scripta ex manibus Amalberti not. du. reg. ex comparationem obvenierunt ad suprascripto vir meus, et mihi exinde pertinere videtur per illo Morgincap, quas suprascripto vir meus in me emisi de quartam portionem ex omnibus casis et rebus suis; de jam dicta portionem de predictis petiis de terris cum casis super se abentes, cum curtis adque ortas, seu de terris et vineis adque silvis et sterpetas adque virgareis in denominatis locibus et vocabulis, qualiter tibi per memorata cartula ad suprascripto vir meus ex comparationem obvenit, et in cartula ipsa continere dinoscitur, ut dictum est, cum uniter cum ipso vir meus tibi exinde venundamus et tradimus illam quartam

portionem ex integram, quas mihi exinde per suprascripto Morgincap pertinere videtur. Et pro suprascripta nostra venditio quas tibi venundavimus, recepimus ad te pretium argentum solid. **¶**inquaginta in presinito. Unde repromitto ego qui supra Alda consentientes mihi suprascripto vir meus una cum vestri heredibus, tibi q. s. Teodero vel ad tuis heredes, aut eidem homini cui vos suprascripta nostra venditio dederitis vel abere decreveritis; ut si nos vobis eas aliquando tempore in aliquod exinde intentionaverimus ec. spondimus nos vobis componere suprascripta nostra venditio in duplum, infer quidem loco sub extimationem quales tunc fuerit. Sic tamen si nos exinde autores nec defensores querere nec dare nolueritis, licentiam abeatis absque nostra persona, si vestra fuerit voluntas, exinde causas agendi, responsum reddendi, finem ponendi, modis omnibus vobis eas defensandi cum cartula ista, vel quomodo aut qualiter justa legem melius poteritis. Et pro confirmationem Petrum not. dn: regum scribere rogavimus. Actum in loco et finibus Versilia.

Signum † ms. Alde que hanc cartula fieri rogavit.

† Ego Eriberto vir ipsius Alde consentientes subs.

† Ego Johan. iudex dn. regum interfui et pretio dante vidi.

Signum † ms. Rodolfi filio b. m. Berosi rogatus ec. et pretio dante vidi.

Signum † ms. Teutperti rogatus ec.

Signum † ms. Berolfi de suprascripto loco Versilia rogatus ec.

† Petrus not. dn. reg. post traditam ec.

D O C U M E N T O M C C C X C .

Corrado Vescovo cambia beni della pieve di Sesto con Andrea figlio d'Il-dighisi, nell'anno sudd. 961. Arch. Arc. †† O. 52.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Berengarius et Adalbertus filio ejus, gratia Dei regibus, anno ec. undecimo, sexto kal. juli, indit. quarta. Manifestu sum ego Andrea filius b. m. Ildighisi, que Bonitio vo-

cabatur, quia convenit mihi una tecum Conradus gratia Dei ec. ut inter nos de aliquantis rebus commutationem ec. Proinde ego q. s. Andreas per hanc cartulam in commutationem ec. tibi q. s. Conradus

Epis. ad pars Eccl. plebis vestre S. Marie et S. Johan. Batiste quod est plebe ec. sita loco et fundo nuncupante Sexto, quem plebem ipsam est de suppotestate ec idest meam portionem ex integra de tres petiis de terris meis illis, quas abeo in loco Lunata prope Eccl. S. Fridiani: que una petia de terra vocitatur Granajolo, quas Lopo ad laborandum ad manus suas ec. tenentes uno capo in terra que fuit qd. Aitaldi, alio capo tenet in terra que fuit qd. Arifusi, lato uno tenet in terra Johan. et alio lato tenet in terra Eccl. Monasteri Domini et Salvatoris de Sexto. Et ille secunda petia de terra vocitatur Isula, tenentes uno capo in via, et alio capo tenet in terra Eccl. S. Fridiani, lato uno tenet in terra Lopi, et alio lato tenet in terra Sichifridi. Et ille tertia petia de terra in ipso loco, tenentes uno capo cum uno lato in via, et alio capo tenet in fluvio Ausere, et alio lato tenet in terra Johan. Hec autem suprascriptis petiis de terris qualiter ab omnis parte circumdate sunt, competit exinde mihi mediet. ipsa vero ex integra mea portionem, quod est per mensura ad justa pertica ec. sist. 5a. in integrum uoa cum inferioribus et superioribus suis, ec. Et pro suprascriptis petiis de terris quas tibi ec. recepit ad te in comutationem de pars suprascripte Eccl. plebis ec. duo petiis illis in loco et finibus Brancalo, ubi dicitur Platia, que una ex ipsis petiis de terra esse videtur vinea, tenentes uno capo in via publica, et alio capo cum uno lato

tenet in terra et vinea Lei, et alio lato tenet in terra et vinea Fridiani; suprascripta petia de terra quod est vinea, qualiter circumdata ec. quod est per mensura ec. sist. sex in integrum cum inferioribus ec. Seu et in comutationem recepi ad te, idest illa secunda petia de terra quod est sterpeto in ipso loco Brancalo, ubi vocitatur Colerito, tenentes uno capo in via publica, et alio capo cum uno lato tenet in vinea seu sterpeto Teudimundi, et alio lato tenet in vinea seu sterpeto Rodilandi. Iam dicta petia de terra quod est sterpeto, qualiter ab omnis parte ec. quod est per mensura ec. sist. viginti in integrum cum inferioribus ec. seu cum accessionibus ec. ad te eas in comutationem recepi ec. Ubi et super hanc comutationem ec. tu q. s. Conradus Epis. direxisti missos tuos. Hi sunt nomina eorum: Johan. archid. filio b. m. Gumfridi, adque Fridiano presb. filius Adalperghe, seu Johan. judex dn. reg. filius b. m. Petri not. et schab. qui ambulaverunt ec. Unde repromitto ego q. s. Andreas una cum meis hered. tibi q. s. Conradus ec. Et Petrum not. dn. reg. scribere rogavimus. Actum Luca.

Signum † ms. Andree qui ec.

Poi seguono i messi.

- † Ego Willeradus not. rogatus ec.
- † Ego Winibertus not. rog. ec.
- † Wionighildo judex dn. reg. suba.
- † Deusdedi not. dn. reg. rogatus ec.
- † Petrus not. dn. reg. post traditam ec.

DOCUMENTO MCCCXCI.

*Il sudd. Vescovo cambia beni della Chiesa di S. Dalmazio posti in Seteriana presso Flesso, con altri in Marlia coi due fratelli Teuprando e Rodolfo, nell'anno sudd. 961. Arch. Arc. * A. 86.*

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Berengarius et Adalbertus filio ejus, gratia Dei regibus, anno ec. undecimo, pridie idus decembris, indit. quinta Manifesti sumus nos Teuprando et Rodolfo gg. filii b. m. Teupprandi, quia convenit nobis una tecum Conradus gratia Dei ec. ut inter nos de aliquantis rebus comutationem fa-

cere deberemus, sicut ec. Proinde nos qui supra Teuprando et Rodolfo gg. per hanc cartulam in comutationem dare et tradere videmur tibi q. s. Conradus Epis. ad curto Eccl. vestre S. Dalmatii, sito infra hanc urbem Luca prope porta S. Petri, que Eccl. ipsa S. Dalmatii, que est de subregimine et potestate Eccl. Epis. vestro S.

Martini, idest nostra portionem ex integra de casa nostra illa, cum curte orto terra simulque vinea totas insimul amembratas, quas abemus in locas nunchupante Walda prope Marila, quas Dominicho ad laborandum ad manus suas detinet, et est tenentes ipsa casa et curte, adque orto et terra, simulque vinea totas insimul comprehensa, uno capo in terra et vinea Belitrude, alio capo detinet in via publica, lato uno tenet in rivo, et alio lato tenet in terra Roffridi barbano nostro. De his denique suprascripta casa cum fundamento et omnem edificio suo, seu curte ec. totas insimul ec. qualiter circumdata est per designatas locas, competit exinde nobis medietatem, ipsa vero ex integram nostram portionem, quod est per mensura ad justam pertica mensuratas mod. tres, in integrum tibi eas dare ec. ad pars suprascripte Eccl. S. Dalmatii. Sive et dare videmus tibi in comutationem ad pars prenominate Eccl. vestre S. Dalmatii, idest nostra portionem ex integra de duo petiis de terris illis, que una ex ipsis esse videtur in suprascripto loco Marilla, et vocitator Quercieto, tenentes uno capo in terra Beraldi, alio capo in terra Rodilandi, lato uno tenet in terra que fuit qd. Warimbaldi, et alio lato tenet in terra et schopeto nostro et de consortibus nostris. Et ille alia petia de terra vocitatur Debblo Mancii, tenentes uno capo in terra que fuit S. Donati, et alio capo tenet in terra que fuit qd. Ardi, lato uno tenet in terra Monasterii Eccl. Domini et Salvatoris de Sexto, et alio lato tenet in rivo. Has suprascriptis duo petiis de terris in singulis denominatis locibus et vocabulis, qualiter circumdate sunt ec. quod sunt inter ambas per mensura ec. mod. tres, competit exinde nobis medietatem; ipsa vero ex integra nostra portionem, cum inferioribus et superioribus suis, et cum accessionibus et ingressoras suas tibi eas in comutationem dare ec. ad pars predictae Eccl. ec. Et pro suprascripta nostra portionem de predicta casa cum fundamento ec. et predicta nostra portionem de predictis duo petiis de terris in singulis denominatis locibus et vocabulis, quas

tibi in comutationem dedimus, recepimus ad te in comutationem de pars suprascripte Eccl. vestre S. Dalmatii, idest sex petiis de inter terris et vineis illis pertinentes ipsius Eccl. S. Dalmatii in loco et fundo nunchupante Seteriana, quas Bonio ad laborandum abere et detinere videtur; que tres petiis de terris esse videtur vineis, que una ex ipse petia de terra esse videtur vinea locus vocitatur Grumulo, tenentes uno capo in terra nostra q. s. gg. alio capo tenet in terra que fuit qd. Cilli, lato uno tenet in terra Rodilandi vice comis. Secunda igitur petia de vinea ubi dicitur Centoporce, tenentes uno capo tenentes in terra S. Romuli, alio capo tenet in terra nostra q. s. gg. lato uno tenet in terra Boniti, et alio lato tenet in terra Sicolfi; tertia vero petia de vinea vocitatur Debbla, tenentes uno capo in terra et vinea Viti et Sighibrandi gg. alio capo detinet in terra de filii qd. Gundi, lato uno detinet in terra nostra et Boniti et de consortibus nostris. Quarta igitur petia de terra ubi dicitur suto casa Gumpuli, tenentes uno capo in terra que dicitur Cerbarise, alio capo tenet in fluvio Anserclo, alio lato tenet in terra nostra qui supra gg. et alio lato tenet in terra Rodulfi. Quinta igitur vero petia de terra ubi dicitur via Periti, tenentes uno capo in terra que fuit qd. Gherardi, qui fuit comis, et alio capo tenet in terra S. Prosperi, lato uno detinet in via, et alio lato detinet in terra nostra q. s. gg. Sexta autem petia de terra ubi dicitur a Vignule, que uno capo tenet in terra Martini, alio capo detinet in via, et lato uno tenet in terra suprascripti Rodilandi vice comis, alio lato detinet in via. Hec autem suprascriptis sex petiis de terris et vineis, quod sunt inter totas per mensura ad justa pertica mensuratas mod. duo in integrum, cum inferioribus ec. et cum accessionibus ec. ad te eas in comutationem recepimus de pars predictae Eccl. S. Dalmatii. Ubi et super hanc comutationem secundum legem Conradus Epis. direxit missos suos: Hi sunt nomina eorum: Petrus presb. et primicerius, adque Teodero, que Teutio vocatur filio b. m. Grimaldi, simulque

Petrus not. dn. regum filio Johan. iudex dn. regum, qui ambulaverunt ec. Unde repromittimus nos q. s. Teuprando et Rodolfo gg. una cum nostris heredibus tibi q. s. Conradus Epis. vel ad posterisque ec. spondimus nos q. s. ec. una cum nostris heredibus componere tibi q. s. Conradus Epis. vel ad posterisque ec. aut eidem homini ec. in duplum infer quidem ec. Sic tamen si nos exinde autores nec defensores querere nec dare volueritis, licentiam abeatis absque nostra persona ec. quia taliter ec. et duas ec. Winighildo not. et iudex dn. reg. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Teuprandus in anc. comutationis ec. a nos ec.
 † Ego Rodolfo in anc. ec.
 † Ego Teodero sicut ec.
 † Ego Petrus presb. et primic. sicut ec.
 † Ego Petrus not. dn. reg. sicut ec.
 † Ego Amalbertus not. dn. reg. rogat. ec.
 † Ego Lambertus not. dn. reg. rogat. ec.
 † Ego Johan. iudex dn. reg. subs.
 † Ego Sicheradus iudex dn. reg. subs.
 † Ego Winighildo not. et iudex dn. reg. post traditam ec.

DOCUMENTO MCCCXCII.

*Il sudd. Vescovo cambia beni del vescovato nel luogo Stiava, nell'anno 962. Arch. Arc. * E 11.*

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Berengarius et Adalbertus filio ejus, gratia Dei regibus, anno ec. duodecimo . . . di, quia convenit mihi una tecum Conradus gratia Dei ec. ut inter nos de aliquantis casis et rebus comutationem cartula in comutationem dare et tradere videor tibi q. s. Conradus Epis. ad pars suprascripti Epis. vestro S. Martini, idest anto et Donato gg. massarii ad manus suarum abere et detinere videtur: casa et res vero ipsa massaricia cum fundamento et omne edificio suo cultis, omnia ex omnibus rebus, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascripta casa et res massaricias est pertinentes, et suprascriptis massarii. mod. uno et sist. sidecim, et de terris agrestibus, quod sunt silvis castanareis et buscareis seu gerboras mod. sex in integrum. nem dare et tradere videor, cum una petia de terra mea illa, quod est vinea seu sterpeto quas totas insimul comprehensa, quam abeo in loco et finibus. quod est vinea seu sterpeto amba capitas in rivo, lato uno tenet in terra Eccl. S. Ambrosii, et alio lato tenet in terra et sterpeto meo qui supra Sich. omnis parte circumdata est per designatas locas, quod est per mensura ec. mod. tres et dimidio in integrum,

ris quod sunt vineis et pastinas adque virgario, qualiter ab omnis parte circumdate sunt ec. quod sunt inter totas per mensura ec. sist. quinquaginta et duo in integrum, una cum inferioribus ec. seu cum accessionibus ec. ad te eas in comutationem recepi (dedi) ad pars suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini. Et pro suprascriptis tres petiis de terris, quas tibi in comutat. dedi, recepi ad te in comutat. de pars suprascripte Eccl. domui Epis. vestro S. Martini, idest una petia de terra illa cum aliquantula vinea et sterpeto totas insimul amembratas, que esse videtur in loco et finibus Scleto ubi dicitur Dometiano. pertinentes suprascripte Eccl. ec. tenentes uno capo in terra et sterpeto qui fuit qd. Grasolfi, alio capo tenet in terra et vinea Leoni iudex dn. imp. et in aliquantulo in via et Carracicia, lato uno tenet in terra Eccl. S. Ambrosii, et in terra que fuit suprascripti qd. Grasolfi, et in aliquantulo in terra Jude ex genere Ebreorum, et alio lato tenet in terra et vinea suprascripti Jude ex genere ec. et in aliquantulo in terra et vinea Fridiani, et in terra et vinea Stefani et de consortibus suis. Has suprascripta petia de terra cum aliquantula vinea et sterpeto totas insimul ec. qualiter ab omnis parte ec. quod est per mensura ec. sist. triginta et quattuor in integrum, una cum inferioribus et superioribus ec. seu cum accessionibus ec. ad te eas in comutat.

recepti de pars suprascripte Eccl. domui ec. Ubi et super hanc comutat. secundum legem tu q. s. Adalongus Epis. direxisti missos tuos. Hic sunt nom. eorum: Gottefredus subd. et primic. seo Sisemundo filio b. m. Chuneradi, sive Leo que Actio vocatur filio b. m. Cosfridi, qui ambulaverunt ec. Unde repromitto ego q. s. Petrus una cum meis hered. tibi q. s. Adalongus Epis. vel ad posterisque ec. aut eidem homini cui vos suprascriptis tres petiis de terris quod sunt vineis et pastinas adque virgario, dederitis vel avere ec. Et si nos exinde autores dare volueritis et eam vobis ab omni homines defendere non potuerimus: spondeo ego q. s. Petrus una cum meis hered. componere tibi q. s. Ada-

longus Epis. vel ad posterisque ec. aut eidem homini cui vos suprascriptis tres petiis ec. dederitis vel avere decreveritis, jam dictis tres petiis de terris quod sunt vineis ec. in duplum, infer quidem loco sub estimationem ec. Sic tamen si nos exinde autores nec defensores querere nec dare nolueritis, licentiam ec. quia taliter ec. et duas ec. Gottefredus not. dn. imp. scribere ec. Actum Luca.

Signum † ms. Petri ec.

Seguono i tre messi.

† Ego Benedictus not. dn. imp. rogat. ec.

† Ildeprandus rogatus ec.

† Ghisalprandus iudex dn. imp. subs.

† Johannes iudex dn. imp. subs.

† Gottefredus not. dn. imp. post tradit. ec.

D O C U M E N T O M C C C C L V I I .

*Il sudd. Vescovo allivella a Adam del fu Teuderado sette pezzi di terra presso la via pisana, nell'anno sudd. 975. Arch. Arc. * K. 94.*

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Otto gratia Dei imp. augusto, anno imp. ejus in Italia octavo, decimo kal. martii, indit. tertia. Manifestu sum ego Adam qui Anselmo vocatur filio b. m. Teuderadi, quia tu Adalongus gratia Dei ec. per cartola livell. nomine ad censum ec. idest septe petiis de terris illis, que una ex ipse petia vocitatur via Pisana, que est de suppotestate suprascripte Eccl. Epis. S. Martini, et est tenentes ipsa ec. uno capo in via publica, alio capo tenet in terra Gomitorum, lato uno tenet in terra Eccl. Epis. vestro S. Martini, quas mihi per libello nomine dedisti, et alio lato tenet in terra Beriti. Et ille secunda petia de terra ubi dicitur Sala, qui uno capo tenet in terra Gomitorum, cum uno lato et alio capo tenet in terra suprascripte Eccl. S. Martini, et alio lato tenet in terra Varini. Et ille tertia de terra ubi dicitur Peretulo, que ambas capitas cum uno lato tenet in terra suprascripti Varini, et alio lato tenet in terra dn. regi. Et ille quarta petia de terra ubi dicitur Orgignano, qui uno capo tenet in via publica, alio capo tenet in terra de filii qd. Raineri de Sena; lato uno

tenet in terra de filii qd. Ghisalprandi, et alio lato tenet in terra mea q. s. Anselmo. Et ille quinta petia de terra ubi vocitatur *Porto flunicello*, qui ambas capitas cum uno lato tenet in terra Gomitorum, et alio lato tenet in terra suprascripti Ghisalprandi. Et ille sexta petia de terra quod est orto ubi vocitatur Orgignano, qui uno capo cum uno lato tenet in terra mea q. s. Anselmo, et alio capo cum uno lato tenet in via publica. Et ille septima petia de terra in loco et finibus ubi dicitur *Insula* et vocitatur *Capilise*, qui uno capo tenet in terra Beriti, et alio capo tenet in terra Guntelmi, lato uno tenet in terra suprascripte Eccl. S. Martini, et alio lato tenet in terra que fuit qd. Boniti de Lunata. Has suprascriptis ec. que una esse videtur orto que *sunt* de suppotestate suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, qualiter ab omnis parte ec. in integrum, una cum inferioribus ec. seu cum accessionibus ec. mihi eas ec. Tali ordinem ut da admodum in mea q. s. Adam vel de meis hered. sint potestatem ec. eas sbendi ec. Nisi tantum ec. exinde tibi, vel a posterisque ec. per sing. annos per omne mense januario

censum ec. a pars suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, aut ad ministerialem illum, quas ibi pro tempore ec. argen. den. bon. expend. numero duodecim tantum. Et si a nos vobis hec omnia qualiter ec. spondeo ego qui supra Adam una cum meis hered. comp. tibi q. s. Adalongus Epis. vel ad posterisque ec. penam argen. solid.

sexsaginta, quia taliter ec. et duas ec. Andream not. scribere ec. Actum Luca. Signum † ms. Adam qui hunc libello ec. † Johan. iudex dn. imp. subs. † Ego Arnifridi not. rogatus ec. † Petrus not. dn. imp. rogatus ec. † Andreas not. post traditam ec.

D O C U M E N T O M C C C C L V I I I .

*Il sudd. Vescovo cambia beni della pieve di S. Tomaso di Arriana, con altri beni dei fratelli Ildebrando giudice, Gio. e Pietro del fu Gottifredo, nell'anno sudd. 975. Arch. Arc. * H. 43.*

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augustus, idemque Ottonis imp. filius, anno imperii ejus in Italia octavo, ipsa die kal. martii, indit. tertia. Manifesti sumus nos Ildebrando iudex dn. imp. et Johan. seo Petrus gg. filii b. m. Gottifridi, qui fuit iudex dn. regum, quia convenit nobis una tecum Adalongus gratia Dei ec. ut inter nos de aliquantis casis et rebus comutationem ec. sicut ec. Proinde nos q. s. Ildebrandus iudex ec. et Johan. seo Petrus gg. per hanc cartulam in comut. dare et tradere videmur nos tibi qui supra Adalongus Epis. ad pars Eccl. Epis. vestro S. Martini, et S. Fridiani et S. Vincentii, pertinentes Eccl. vestre S. Johan. Batiste et S. Tome apost. quod est plebe batismalis sita Arriani, quem plebem ipsam esse videtur de subregimine et potestatem suprascripte Eccl. vestre S. Martini, idest duo casis et rebus illis massariciis juris nostris, que esse videntur in loco et finibus Colle prope Tursciano; una ex ipse regitur per Oriperto, alia per Ildiprando massarii, cum tres petiis de terris illis in locas et fundas nuncupante Aiblo infra judicaria suprascripte plebis, cui choeret ei ex duobus partibus rivo, una dicitur Boneza, alio *Vepre*, et tertia pars terra et vinea seo sterpeto, que fuit qd. Winitii, et quarta pars terra et sterpeto que Petrus ad manus suas detinet. Secunda et tertia petia de terra vocatur campo Bernutico, una dicitur ad Piro, cui choeret ei ex duobus partibus

BARSOCC. TOM. V. PAR. III.

terra Ciscanise, et tertia pars Piscaria, et quarta pars via. Et ille tertia petia dicitur Lavacelo, cui choeret ei ex duobus partibus terra S. Pauli, et tertia pars terra Ciscanise, et quarta pars via publica. Que autem suprascriptis casis et rebus massariciis, cum fundamentis et edificiis suis, seu curtis ortis terris vineis olivetis, qualiter suprascriptis massariis ad manus suarum abere videntur, cum jam dictis tres petiis de terris, sicut superius quoerentia discernitur, quod sunt inter totas inter areis seo areis ubi vites estant, adque olivetis et predictis tres petiis de terris, qualiter suprascriptis denominatis massariis exinde ad manus suorum abere ec. quod sunt inter totas per mensura ec. mod. *nove* in integrum, cum inferioribus ec. seu cum accessionibus ec. tibi eas in comutationem dare ec. ad pars suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini et jam dictæ plebis vestre. Et pro suprascr. duo casis et rebus cum predictis tres petiis de terris quas tibi dedimus, recepimus ad te in comut. de pars suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, idest terra et monte illo in loco et finibus Petritulo prope Sorana, quod est inter terra adque aqua que vocatur Piscia majore et Obacisee, pertinentes ipsa terra de fundamento illo in qua fuit Eccl. SS. Fridiani et Vincentii sita Capriesciana, pertinentes Eccl. vestre S. Johan. Batiste et Thome Apost. quod est plebe ec. sita Arriani, quam plebem ipsam esse videtur de subregimine ec. Suprascripta terra

et monte cum casa et res illa massari-
 cias ibidem constructa, cum fundamento et
 omnem ec. seo curte orto terris vineis oli-
 vetis adque sterpetis, qualiter Prando mas-
 sario ad manus suas abere videtur; cui
 coeret ei ex una pars via publica que per-
 currit da Sorana, et duobus partibus terra
 et vinea seo sterpeto que fuit qd. Cuberti
 et Alamundi, et quarta igitur pars terra et
 sterpeto seo vinea Eccl. S. Marie, et in
 terra que fuit suprascripti qd. Cuberti,
 quod est inter totas per mensura ad justa
 pertica mensuratas inter sediminas seu areis
 ubi vites estant adque olivetis et sterpetis
 mod. sex. Que autem suprascripta terra et
 monte cum casas super se abentes, cum fun-
 damento et omnem edeficio suo, seu curte
 orto adque terris et vineis, seo oliveto et
 sterpeto insimul amembratas, qualiter men-
 sura et coerentia discernitur in integrum,
 cum inferioribus ec. ad te eas in comat.
 recepimus de pars pretaxate Eccl. Epis.
 vestro S. Martini et potestate Eccl. plebis
 vestre. Ubi et super hanc comutat. secun-
 dum legem tu q. s. Adalongus Epis. direxi-
 stis missum tuum, idest Stefano archipresb.
 una cum tres homines estimatorum. Hi sunt:
 Benedicto filio qd. Johan. et Leo que Actio

vocatur filio qd. Cosfridi, et Anselmo filio
 qd. Petri, qui ambulaverunt ec. Unde
 repromittimus nos qui supra Ildebrando
 judex ec. Et si nos vobis ec. spondimus
 nos qui supra Ildebrando ec. tibi q. s.
 Adalongus Epis. vel ad posterisque ec.
 jam dictis duo casis et rebus cum predictis
 tres petiis de terris in duplum, infer qui-
 dem ec. sic tamen si nos exinde autores
 nec defensores querere nec dare nolueritis,
 licentiam abeat absque nostra persona ec.
 qualiter juxta legem ec. quia taliter inter
 nos convenit, et duos ec. Winighildo not.
 et judex dn. imp. scribere ec. Actum Luca.
 † Hildebrandus judex dn. imp. hanc co-
 mutationis cartula a nos facta subs.

Signum † ms. Johanni qui ec.

† Petrus in hanc cartula comutationis ec.

† Ego Benedicto sicut de me ec.

† Teutpaldus judex dn. imp. subs.

† Stefanus archipresb. sicut ec.

† Ego Leo ec.

† Leo judex dn. imp. subs.

† Gessfredus judex dn. imp. subs.

† Petrus not. dn. imp. rogatus ec.

† Winighildo not. et judex dn. imp. post
 traditam ec.

D O C U M E N T O M C C C C L I X .

*Il sudd. Vescovo allivella a Gariberto del su Gariberto beni a Medusciano
 nel comitato di Parmu, nell'anno sudd. 975. Arch. Arc. † B. 5.*

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto
 gratia Dei imp. augusto filio b. m. Ottonis
 imp. anno imp. ejus in Italia octavo, tertio
 idus aprilis, indit. tertia. Manifestus sum
 ego Ghariberto filio b. m. item Ghariberti,
 quia tu Adalongus gratia Dei ec. per car-
 tula livell. nomine ad censum perexolven-
 dum dedisti mihi, idest casa et res illa in
 loco et finibus ubi dicitur Medusciano in
 chomitatu Parmense, pertinentes supra-
 scripti Epis. vestro, quas ego ipsi modo
 et qd. Johan. gg. meo ad manus suas abuit:
 casa vero ipsa cum fundamento et omnem
 edeficio suo, seo curte, orto, terris, vi-
 neis, olivis, silvis, virgareis, pratis, pa-
 scuis, cultis rebus vel incultis, omnia quan-
 tum ad suprascripta casa et res est perti-

nentes, et ipsi modo ad manus tua abere
 et detinere videtur, in integrum mihi eas
 livell. nomine dedisti. Tali ordinem ut da
 admodum in mea q. s. Ghariberto vel de
 meis hered. sint potestatem eas abendi,
 tenendi, imperandi, gubernandi, laborare
 faciendi, meliorandi, et nobis eas priva-
 tum nomine usufructuandi: nisi tantum
 per omne censum et justitiam exinde tibi
 vel a posterisque success. tuis, per sing.
 annos per omnem mense magio, censum
 exinde vobis rettere debeamus hic civitate
 Luca, per nos aut per misso nostro, vobis
 vel ad misso vestro, aut a ministerialem
 illum quas in ipso domo Epis. vestro pro
 tempore constitutum abueritis, vel ad il-
 lum homines qui eas pro tempore da vobis

in beneficio abuerit, argen. solid. otto de bonos den. expend. duodecim den. per sing. solid. rationatos tantum. Et si ad nos vobis hec omnia ec. spondeo ego qui supra Ghariberto una cum meis hered. comp. tibi q. s. Adalongus Epis. vel a posterisque success. tuis penam argen. solid. sexaginta, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos libelli Ghisalprandum not. et iudex dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

Signum † ms. Ghariberti qui hunc libello fieri rogavit.

† Ego Chunerado rogatus teste subs.

† Ego Willelmo rogatus ec. teste subs.

† Ego Coffridi not. dn. imp. teste subs.

† Ego Teuperto ec. teste subs.

† Ghisalprandus not. et iudex dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MCCCCLX.

Giov. prete del fu Digniperto prende a livello dal sudd. Vescovo una casa con corticella posta presso la Chiesa di S. Frediano, nell'anno sudd. 975. Arch. Arc. † K. 90.

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. itemque Ottoni imp. anno imp. ejus in Italia octavo, octavo kal. magii, indil. tertia. Manifestu sum ego Johan. presb. filio b. m. Digniperti, quia tu Adalongus gratia Dei ec. per cartulam livell. nom. ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest una petia de terra cum casa super se abentes, seu curticella ante se totas insimul amembratas, qui esse videtur foras civitate ista lucense prope Eccl. S. Vincentii et S. Fridiani, pertinentes suprascripte Eccl. quod est ipsa Eccl. S. Vincentii et S. Fridiani cum omnibus casis et rebus, que est de subregimine et potestate suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, et est tenentes ipsa petia de terra cum casa super se abentem, cum fundamentum et omnem edeficio suo, seu predicta curticella totas insimul comprehensa, uno capo in terra et casa suprascripte Eccl. quas ego ipsi modo q. s. Johan. presb. ad manus mea abere videor, et alio capo cum ambas lateras est tenentes in terra et curte, seu casa adque orto suprascripte Eccl. S. Vincentii et S. Fridiani. Has suprascripta petiola de terra cum casa super se abentem, seu predicta curticella ante se totas insimul comprehensa, cum fundamentum et omne edeficio suo, qualiter circumdata est per designatas locas, quod est per mensura ad jasta partica mensuratas schalas una et tertiam portionem de alia scala, in integrum mihi eas livell. dediste. Tali

ordine ut da amodum in mea q. s. Johan. presb. et in Viventio diac. dum vita nostra (fuerit) sint potestatem eas abendi tenendi imperaudi gubernandi laborare faciendi seu meliorandi, et nobis eas privato nomine abendi et usufructuandi. Nisi tantum pro omni censum et justitiam exinde vobis vel ad posterisque success. vestris, per sing. annos per omne mense aprile, censum exinde vobis reddere debeamus a pars suprascripte Eccl. Epis. vestro, per nos aut per misso nostro, vobis vel ad misso vestro aut a ministerialem illum quas in ipsa Eccl. pro tempore abueritis, argen. den. bon. expend. numero sex, et per sing. annos vobis aducere debeamus Amiscere valentes den. uno tantum. Et si a nos vobis ec. omoia qualiter superius legitur, per sing. annos sic fuerint adimpleta et conservata, aut si suprascripta petiola de terra cum casa super se abentem, seu predicta curticella ante se, quas mihi dedisti, relassaverimus, vel si per nos peiorata fuerit: spondeo ego q. s. Johan. presb. et Viventio diac. dum vita nostra fuerit, componere vobis q. s. Adalongus Epis. una cum posterisque successoribus nostris penam argen. solid. quadraginta, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos libelli Gottefredus not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Johau. presb. in unc libello a me facto subs.

† Ego Leo rogatus ec.

† Ego Ghisalprandus iudex dn. reg. subs.
 † Ego Petrus not. dn. imp. rogatus teste
 subs.

† Ego Gottefredus not. dn. imp. post tra-
 ditam ec.

DOCUMENTO MCCCCLXI.

*Boniperto del fu Grimaldo cambia beni in Monaciatico e Picciorano, con altri in Brancoli della Chiesa e vescovato di S. Martino, nell' anno sudd. 975. Arch. Arc. * D. 11.*

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. itemque Ottoni imp. anno imp. ejus in Italia octavo, nonas junii, indit. tertia. Manifestu sum ego Boniperto que Bonitio vocatur filio b. m. Grimaldi, quia convenit mihi una tecum Adalongus gratia Dei ec. ut inter uos ec. Proinde ego qui supra Boniperto per hanc cartula in comutationem dare ec. tibi qui supra Adalongus Epis. ad pars suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, idest tres petiis de terris meis illis quam abeo in loco et finibus duo ex ipsis ubi dicitur Monaciatico, una ex ipse petia de terra ubi dicitur ad Insula, tenentes ambas capitas cum ambas lateras in terra suprascripte Eccl. Epis. vestro: et ille secunda petia de terra in ipso loco, tenentes uno capo in terra Ermimberti, alio capo cum uno lato tenet in terra jam dicte Eccl. Epis. vestro, et alio lato tenet in terra dn. regi: et ille tertia petia de terra esse videtur in loco et finibus ubi dicitur Piculano, tenentes uno capo in terra que fuit qd. Pope, alio lato tenet in terra S. Justi, lato uno tenet in via publica, e alio lato tenet in valle. Hec autem predictis tres petiis de terris qualiter ab omnis parte circumdate sunt ec. quod sunt inter totas per mensura ad justa ec. mod. tres in integrum, una cum inferioribus ec. seo cum accessionibus ec. tibi eas in comutat. dare ec. Et pro suprascriptis tres petiis de terris quas tibi in comutationem dedi, recepi ad te in comutationem de pars jam dicte Eccl. Epis. vestro S. Martini, idest medietatem ex integra de una petia de terra illa quod est *sterpeto*, que esse videtur in loco et finibus Brancalo, ubi dicitur Subsepe prope Metiano juris ipsius Epis. vestro S. Martini, e

es tenentes ipsa petia de terra quod est *sterpeto* uno capo in via publica, alio capo tenet in terra e vinea Ansiperti e de consortibus suis, e in terra e vinea que fuit prato Teudimundi, que Teutio vocatur, lateras ambas es tenentes in terra e *sterpeto* suprascripte Eccl. Epis. vestro S. M. De has suprascripta petia de terra, quod est *sterpeto*, qualiter ab omnis parte circumdata ec. ut dictum est, medietatem exinde ex integra, quod est per mensura ec. mod. duo in integrum, una cum inferioribus ec. seu cum accessionibus ec. ad te eas in comutationem recepi de pars Eccl. suprascripte Epis. vestro S. Martini. Ubi et super hanc comutat. secundum legem tu q. s. Adalongus Epis. direxisti missos tuos. Hi sunt nomina eorum: Andreas presb. et vicedomino filio b. m. Altiprandi, et Leo que Actio vocatur filio b. m. Coffridi, seo Benedicto filio b. m. Johan. qui ambulaverunt ec. Unde repromitto ego q. s. Boniperto una cum meis hered. tibi q. s. Adalongus Epis. vel ad posterisque ec. aut eidem homini cui vos suprascriptis petiis de terris quas tibi in comutationem dedi, dederitis vel abere decreveritis, ut si nos vobis aliquando tempore in aliquod exinde intentionaverimus, aut retolli vel subtragi quesierimus ec. spondeo ego q. s. Boniperto una cum meis hered. comp. tibi qui supra Adalongus Epis. vel ad posterisque success. tuis, aut eidem homini cui vos jam dictis tres petiis de terris, quas tibi in comutat. dedi, dederitis, vel abere ec. in duplum infer quidem loco sub extimationem quales ec. Sic tamen si nos exinde autores nec defensores querere nec dare nolueritis, licentiam abeatis ec. quia taliter inter nos convenit, et duas inter nos comutationis

cartule Petrum not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.
Signum † ms. Boniperti qui hanc comutationis cart.

Seguono i tre messi, quindi

† Ego Arnifridi rogatus ec.
† Ego Petrus not. dn. imp. rogatus ec.
† Winighildo iudex dn. imp. subs.
† Sigefredus iudex dn. imp. subs.
† Ego Petrus not. du. imp. post tradit. ec.

DOCUMENTO MCCCCLXII.

*Il Vescovo Adalongo ordina il prete Arnolfo del fu Ropperto nella quarta porzione della pieve di S. Pietro di Cappiano, nell'anno sudd. 975. Arch. Arc. * A. 100.*

† In Xti. nom. Qualiter ego Adalonus gratia Dei ec. una per consensum sacerdotum meorum seu filii ipsius Eccl. ordinare videor te Arnolfo presb. filio b. m. Ropperti, que Toto vocabatur, in eo ordine sicut sup(er) adnexum fuerit, in Eccl. illa cui vocabulum est beati S. Petri et S. Johan. Batiste, quod est plebe batismale sita loco et finibus Cappiano, pertinentes sup(ers)cripte Eccl. Epis. nostro S. Martini. Iam dicta Eccl. S. Petri et S. Johan. Batiste in quartam portionem te ibi ordinare, et confirmare videor, ut in tua sint potestatem, seu quartam portionem de aliis Eccl. subjectis ipsius plebe; sive cum quartam portionem de omnibus casis et rebus tam dominicatis quam et massariis ad eandem plebem pertinentibus, cum fundamentis ec. seu curtis ortis ec. movile vel inmovile, seu que semoventibus tam de servos quam de ancillas, sive de piscaria, adque de redditum edibitionem de omnia et ex omnibus rebus quantas ec. sunt pertinentibus vel aspicientibus, aut in antea ibi pertinentes fuerint, ut dictum est, quartam portionem exinde ex integra tibi eas dare videor: tali ordine ut ab odierna die in tua q. s. Arnolfo presb. sint potestatem diebus vite tue eas abendi ec. et in ipsis Eccl. quas tibi dedi, per te aut per tuam dispositionem officium Dei ec. seu missarum solemniam octave, incensum fieri debeam; et mihi q. s. Adalonus Epis. vel ad posterisque ec. singulis quibusque anni obediendi et deserviendi ut mox est. Sic namque vero ut non abeas potestatem neque licentiam tu q. s. Arnolfo presb. de

jam dicta quartam portionem de omnibus casis et rebus ipsius Eccl. pertinentibus, quas tibi dedi, cuilibet homini per cartula livell. nomine nec per nullam scriptionis firmitatis dare nec emittere neque firmare sine mea licentia et potestatem, vel de posterisque ec. qua licentia et voluntate nostra ut nos in illo libello manus nostra scribamus. Propterea hoc facimus, ut predicta quartam portionem de jam dictis casis et rebus ipsius Eccl. non per fraudem ec. usurpetur. Et si forsitan tu q. s. Arnolfo presb. in alio modo in aliquit ex ipsis casis et rebus feceris vel dederitis, nisi quomodo superius legitur, hanc statuta mea ordinationis cartula, et illa firmitatis scriptionis, quas tu exinde feceris vel emiseris, inanis et vacua adque incapsata permaneat, quod in se nullum abeat roborem, nec firmitate. Et neque ad me, neque ad nullos, posterosque ec. hanc ordinationis paginam possamus dirumpi neque infrangidum vita tua fuerit, si tu q. s. Arnolfo presb. sic feceris et adimpleveris eo modo ec. Unde duas ordinationis cartule uno tenore conscripte, una ad pars ec. et alia in tua q. s. Arnolfo presb. abendi ec. Petrum not. dn. imp. scribere rogavi. Actum Luca. Et hec ordinationis cartule facte sunt anno regni dn. Ottoni gratia Dei imp. augusto filio b. m. itemque Ottoni imp. anno imp. ejus in Italia octavo, tertiadecima kal. julii, indit. tertia.

† Ego Adalonus gratia Dei hum. Epis. in hanc ordinationis cartula a me facta subs.

† Ego Roffredus archid. ec.

- | | |
|--------------------------------------|---|
| † Ego Gotfredus diac. et primic. ec. | † Ego Urso presb. et card. ec. |
| † Ego Andreas presb. et viced. ec. | † Ego Leoprando diac. et card. ec. |
| † Ego Silveradus presb. et card. ec. | † Coffridi not. dn. imp. rogatus ec. |
| † Ego Benedictus presb. et card. ec. | † Ghisalprandus iudex dn. imp. subs. |
| † Ego Ildebrandus diac. card. ec. | † Ego Teupertus rogatus ec. |
| † Ego Ansualdo presb. card. ec. | † Ego Leo rogatus ab Adalongo Epis. ec. |
| † Ego Richimundo presb. et card. ec. | † Ego Petrus not. dn. imp. post tradit. ec. |
| † Ego Alboni presb. et card. ec. | |

D O C U M E N T O M C C C C I . X I I I .

Ansiperto del fu Benedetto cambia beni in Picciorano, Lunata e Lamari con altri in Brancoli del vescovo, nell'anno sudd. 975. Arch. Arc. †† A. 100.

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. Ottoni imp. anno imp. ejus in Italia octavo, nonas julii, indit. tertia. Manifestu sum ego Ansiperto filio b. m. Benedicti, quia convenit mihi una tecum Adalonus gratia Dei ec. ut inter nos de aliquantis rebus comutationem ec. Proinde ego q. s. Ansiperto per hanc cartulam in comutat. ec. ad pars suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, idest tres petiis de terris meis illis quam abeo una ex ipse in loco et finibus Piculano ubi dicitur Walliti, tenentes uno capo in classo, alio capo tenet in via publica, lato uno tenet in terra Gumfridi, que Gumpitio vocatur, et alio lato tenet in terra que fuit qd. Boniti. Et alia secunda petia de terra esse videtur in loco et finibus Lunata, tenentes uno capo in via publica, alio capo tenet in rivo Caprio, lato uno tenet in terra que fuit qd. Camagni, et alio lato tenet in terra Inghifridi. Et ille tertia ec. esse videtur in loco et finibus Lamari, tenentes uno capo in terra que fuit qd. Sighifridi, que Sighitio vocabatur, et alio lato tenet in suprascripto rivo Caprio, ambas lateras est tenentes in terra que fuit qd. Gherardi. Hec autem predictis tres petiis ec. in singulis denominatis locis et vocabulis, qualiter ab omnis parte circumdate sunt per designatas locas, quod sunt inter totas per mensura ec. mod. tres in integrum una cum inferioribus ec. seo

cum accessionibus ec. tibi eas in comut. ec. Et pro suprascriptis ec. recepi ad te in comutat. de pars Eccl. Epis. vestro S. Martini, idest medietatem ex integra de una petia de terra illa quod est sterpeto, que esse videtur in loco et finibus Brancalo, ubi dicitur Subsepe prope Metiano juris ipsius Eccl. Epis. vestro S. Martini, et est tenentes ipse petia de terra quod est sterpeto uno capo in via publica, alio capo tenet in terra et vinea mea q. s. Ansiperto et de consortibus meis, et in terra et vinea que fuit prato Teudimundi que Teutio vocatur, ambas lateras est tenentes in terra et sterpeto suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini. De has suprascripta petia de terra quod est sterpeto, qualiter ab omnis parte ec. quod est per mensura ec. mod. duo in integrum, una cum inferioribus ec. seu cum accessionibus ec. ad te eas in comutat. recepi de pars ec. Ubi et super hanc comut. secundum legem tu q. s. Adalonus Epis. direxisti missos tuos. Hi sunt nomina eorum: Andreas presb. et vicedomino filio b. m. Utiprandi, et Leo que Actio vocatur filio b. m. Cosfridi, seo Benedicto filio b. m. Johan. qui ambulaverunt ec. Unde repromitto ego qui supra Ansiperto una cum meis heredes tibi qui supra Adalonus Epis. vel ad posterisque ec. jam dictis petiis de terris in duplum infer quidem loco ec. Sic tamen si nos exinde auctores nec defensores dare nec querere uo-

lueritis, licentiam ec. quia taliter ec. et
 duas ec. Petrum not. dn. imp. scribere ec.
 Actum Luca.
 Signum † ms. Ansiperti qui ec.
Seguono i messf.

† Ego Arnifridi not. rogatus ec.
 † Ego Petrus not. dn. imp. rogatus ec.
 † Winighildo judex dn. imp. subs.
 † Sigefredus judex dn. imp. subs.
 † Petrus not. dn. imp. post traditam ec.

D O C U M E N T O M C C C C L X I V .

*Adalongo Vescovo allivella a Boniperto e Gio. preti figli di Ghisaltruda
 sei pezzi di terra presso la pieve di S. Giusto di Padule, e sull' Era,
 nell' anno sudd. 975. Arch. Arc. AE. 9.*

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni.
 Regnante dn. nostro Otto gratia Dei imp.
 augusto, filio b. m. Ottoni imp. anno im-
 perii ejus in Italia octavo, pridie idus juli,
 indit. tertia. Manifesti sumus nos Boniper-
 to presb. que Bonitio vocatur, et Johan.
 presb. gg. filii Ghisaltrude, quia tu Ada-
 longus gratia Dei ec. per cartula livell.
 nomine ad censum perexolvendum dedisti
 nobis: id sunt sex de inter terris et vineis,
 que una ex ipse petia de terra esse videtur
 in loco ubi dicitur Padule, quod est cas-
 sine super se abentes, una cum curte et
 orto adque terra et vinea totas insinul
 amembratas prope Eccl. S. Justi, et S.
 Johan. Baptiste, quod est plebe baptisma-
 lis: et ille secunda petia de terra quod est
 vinea in suprascripto loco Padule prope
 fluvio *Hera*: et ille tertia petia de terra vo-
 citatur Pastino: et ille quarta petia de terra
 esse videtur in loco ubi dicitur Putitio: et
 ille quinta petia de terra esse videtur in
 loco ubi dicitur Debbio majore: et ille
 sexta petia de terra esse videtur in loco
 ubi dicitur Chullinja. Has suprascriptis sex
 petiis de inter terris et vineis una cum cas-
 sine super se abentes, qualiter ab omnia
 parte circumdate sunt per designatas locas,
 in integrum nobis eas livell. nomine de-
 disti, quod est de suppotestatem, et regi-
 mine suprascripte Eccl. Epis. vestro. Tali
 ordinem ut da admodum in nostra q. s.
 gg. vel de nostris hered. sint potestatem
 quas nobis dedisti, eas abendi tenendi im-

perandi guberoandi laborare faciendi me-
 liorandi, et nobis eas privatum nom. usu-
 fructuandi. Nisi tantum pro homni cen-
 sum et justitia exinde tibi vel ad posteris-
 que success. tuis ad pars suprascripte Eccl.
 Epis. vestro per sing. annos per omne
 mense november, censum vobis reddere
 debeamus ad curte vestra domnicata infra
 civitate Luca, per nos aut misso nostro, vo-
 bis vel ad misso vestro, aut a ministeria-
 lem illum quas in ipsa curte pro tempore
 abueritis, argen. den. bon. expend. num.
 solid. tres tantum. Et si a nos vobis hec
 omnia ec. spondimus nos q. s. Boniperto
 presb. et Johan. presb. gg. una cum nostris
 hered. componere tibi q. s. Adalonus
 Epis. vel ad posterisque success. tuis pe-
 nam argen. solid. triginta, quia taliter in-
 ter nos convenit, et duo inter nos libelli
 Johano. not. et judex dn. imp. scribere
 rogavimus. Actum in loco ubi dicitur Ca-
 pannule prope Eccl. S. Marie.

† Ego Boniperto in unc libello a nos facto
 subs.
 † Ego Johan. presb. in unc libello a nos
 facto subs.
 † Ego Ugo rogatus ec.
 † Ego Benedicto rogatus ec.
 Signum † ms. Rodolfi filio b. m. Berolfi
 testis.
 Signum † ms. Andree filio b. m. Ingalrade
 testis.
 † Ego Johan. not. et judex dn. imp. post
 traditam ec.

DOCUMENTO MCCCCLXV.

Il sudd. Vescovo allivella a Mainolfo del fu Gio. una corticella con cascina presso la Chiesa di S. Frediano coll'obbligo di 12. danari, un amiscere, ed una spatula di porco, nell'anno sudd. 975. Arch. Arc. †† M. 23.

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. itemque Ottoni imp. anno imp. ejus in Italia octavo, pridie kal. augusti, indit. tertia. Manifestu sum ego Mainolfo filio b. m. Johan. quia tu Adalongus gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ad censum ec. idest una petia de terra illa, quod est corticella, ubi modo cassina levata esse videtur, que esse videtur foras civitate ista lucense prope Eccl. S. Vincentii et S. Fridiani, pertinentes ipsius Eccl. S. Vincentii et S. Fridiani, quod ipsa Eccl. S. Vincentii et S. Fridiani cum omnibus casis et rebus suis, que est de subregimine ec. suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini. Et est tenentes ipse petia de terra cum cassina super se abentes ambas capitas cum uno lato in suprascripta terra et curte S. Vincentii et S. Fridiani, et alio lato tenet in terra et casa quod est solarium suprascripte Eccl. quas qd. Brantii ad manus ec. Has suprascripta petia de terra cum cassina super se abentes, qualiter ab omnis parte ec. quod est per mensura ec. schalae duo, in integrum mihi eas livell. nomine

dedisti. Tali ordine ut infra isto uno anno expleto per Simonem Turo ibi casa levare et claudere seo coperire debeamus, et post ipsa casa ibidem levata fuerit in mea q. s. Mainolfo, vel de meis hered. sicut et permaneat potestatem eas abendi ec. Nisi tantum pro omni censum ec. exinde vobis vel ad posterisque ec. per sing. annos per omne mense november censum exinde vobis reddere ad pars suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini per nos ec. vobis vel ec. aut a ministerialem illum quas in ipsa Eccl. pro tempore ec. argen. den. bon. expend. numero duodecim; et per omnem Nativitate Dom. nostri J. Xti. vobis aducere debeamus amiscere spatula de porco una bona tantum. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego q. s. Mainolfo ec. comp. tibi q. s. Adalongus ec. penam argen. solid. quadraginta, quia taliter ec. et duas ec. Gottefredus not. dn. imp. ec. Actum Luca. Signum † ms. Mainolfi qui ec. † Ghisolprandus iudex dn. imp. subs. † Ego Leo rogatus ec. † Sisimundo iudex dn. imp. subs.

DOCUMENTO MCCCCLXVI.

Adalongo Vescovo allivella a Farolfo e Teudigrimo del fu Farolfo, da cui discendono i conti Lombardi di Saminiato quattro case massaricie in Leguli, nell'anno sudd. 975. Arch. Arc. †† Q. 59.

† Exemplar. In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Regnante dn. nostro Otto gratia Dei imp. augusto filio b. m. Ottoni imp. anno imp. ejus in Italia octavo, quinto idus septembris, indit. quarta. Manifesti sumus nos Farolfo et Teudigrimo gg. filii b. m. Farolfi, quia tu Adalongus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ec. dedisti nobis: hi sunt quatuor inter casis

et cassinis seo casalinis et rebus seo sortis massariciis, que duo ex ipse esse videtur in loco ubi dicitur Leguli que una regitur per Dominico Spornello, alia per Johann. sartore. Et ille tertia esse videtur in loco ubi dicitur Oliveto, que modo regere videtur per ipso Cafajario. Et ille quarta esse videtur in loco ubi dicitur Septimo, quas Gualberto, que Walpittio vocatur ad ma-

nos suas abere videtur, pertinentibus suprascripti Epia. vestro S. Martini. Casis et cassinis seo casalinis et rebus seo sortis, cum fundamentis et omnem edeficiis vel universis fabricis suis, seu curtis ortis ec. omnia et in omnibus rebus, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascriptas quatuor casis et cassinis ec. sunt pertinentibus vel adspicientibus, et suprascriptis denominatis hominibus exinde ad manus suarum detenuerunt et abuerunt, et modo detinere videtur, in integram nobis eas libell. nomine dedisti. Tali ordinem ut ab odierna die in nostra q. a. Farolfo et Teudigrimo gg. vel de nostris hered. sint potestatem ec. eas abendi tenendi ec. Nisi tantum ec. per sing. annos per omne mense november censum vobis reddere debeamus ad pars suprascripte Eccl. Epia. vestro S. Martini hic Luca, per nos aut per misso nostro, vobis vel ec. aut ad ministerialem illum, quas ibi ec. aut ad illo homines qui ipsis rebus

da vestra parte pro tempore in beneficio abuerit, argen. Jen. bon. expend. numero quadraginta et octo tantum. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondimus nos qui supra Farolfo ec. una cum nostris ec. componere tibi qui supra Adalonus Epia. vel a posterisque ec. penam argen. solid. centum, quia taliter ec. et duo ec. libelli Andreas not. et iudex dn. imp. scribere ec. Actum Luca.
 † Ego Farolfo in uno libello a nos facto subs.
 † Ego Teudigrimo ec.
 † Sigefredus iudex dn. imp. subs.
 † Ego Gherardo rogatus ec.
 † Ego Milo rogatus ec.
 † Ego Ugo rogatus ec.
 † Ego Benedicto rogatus ec.
 † Ego Andreas not. et iudex dn. imp. post traditam compl. et dedi.
 † Ildebrandus not. dn. imp. autenticum illud exemplavi.
 † Ego Ubaldus autenticum illud vidi et legi, unde hoc exemplar factum est, et hic subs.

DOCUMENTO MCCCCLXVII.

Il sudd. Vescovo allivella a Baldo, e Ghisolfo beni a Gominianula presso il Serchio, nell' anno sudd. 975. Arch. Arc. † Q. 29.

† In nom. S. et indiv. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto filio b. m. itemque Ottonis imp. anno imperii ejus in Italia octavo, quartodecimo kal. octubris, indit. quarta. Manifesti sumus nos Baldo filio b. m. Fridi, et Ghisolfu filio b. m. Ghissalprandi, quia tu Adalonus gratia Dei ec. per cartulam livell. nou. ad censum ec. dedisti nobis, idest omnibus rebus illis, que esse videtur in loco et finibus ubi dicitur *Gominianula* juxta fluvio Auserclo, pertinentis Eccl. vestre S. Fridiani, que esse videtur foras civitate ista Lucense juxta fluvio Auserclo, que est de subregimine ec. rebus vero ipsis quod sunt terris vineis, olivis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis rebus ec. omnia ec. quantas in suprascripto loco Guminianula ad suprascripte Eccl. vestre S. Fridiani est pertinentes, in integram nobis eas ec. Tali

BARSOCC. TOM. V. PAR. III.

ordine ut dadmodum in nostra qui supra Baldo, et Ghisolfo vel de nostris hered. suprascriptis rebus, quas nobis ec. eas abendi tenendi ec. Nisi tantum exinde tibi vel a posterisque ec. per sing. annos per omne mense november, censum exinde vobis hic civitate Luca ad pars suprascripte Eccl. domui Epia. vestro S. Martini, per nos ec. vobis ec. argen. den. bon. expend. num. octo tantum. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondimus nos, q. a. Baldo ec. componere tibi qui supra Adalonus Epia. penam argen. solid. 20. quia taliter ec. et duas ec. Petrum not. dn. imp. scribere ec. Actum Luca.
 Signum † ms. Baldi, et Ghisolfi qui ec.
 † Winighildo iudex dn. imp.
 † Ego Leo rogatus ec.
 † Ego Arnifridi not. rogatus ec.
 † Ego Petrus not. dn. imp. post tradit. ec.

DOCUMENTO MCCCCLXVIII.

Ansualdo prete dà in cambio al Vescovo Adalongo due servi, e ne riceve uno dal Vescovato per nome Marco soprannominato Marchetto, nell'anno sudd. 975. Arch. Arc. † A. 13.

† In nom. S. et indiv. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto filio b. m. itemque Ottonis imp. anno imperii ejus in Italia octavo, quinto idus octubris, indit. quarta. Manifestu sum ego Ansualdo presb. filio b. m. item Ansualdi, quia convenit mihi una tecum Adalonus gratia Dei ec. ut inter nos de aliquantis famulis comutat. facere deberemus, sicut et factum est. Proinde ego q. s. Ansualdo presb. per hanc cartulam in comutat. dare et tradere videor tibi q. s. Adalonus Epis. ad pars Eccl. domui Epis. vestro S. Martini, idest uno servo, et una ancilla juris mei, nomine earum Leo, que Gharaldulo vocatur, et Cristina que Dominicha vocatur; jam dicto servo, et predicta ancilla tibi eas et eos in comut. dare et tradere videor ad pars suprascripte Eccl. domui Epis. vestro S. Martini. Et pro suprascripto servo et ancilla quas tibi in comutationem dedi, recepi ad te in comutationem de pars suprascripte Eccl. vestre S. Martini, idest uno servo juris pertinentes suprascripte Eccl. domui Epis. vestro S. Martini nomine Marcho, que Marchitto vocatur; jam dicto servo ad te eum in comutationem recepi de pars suprascripte Eccl. domui Epis. vestro S. Martini. Ubi et super hanc comutationem secundum legem tu q. s. Adalonus Epjs. direxisti missos tuos. Hic sunt nomina eorum: Gottefredus subd. et primic. seu Andreas presb. et viced. adque Teutperto filio Cristine, qui ambulaverunt et previderunt seu estimaverunt adque renunciaverunt ec. Unde repromitto ego q. s. Ansualdo presb. una cum meis hered. tibi

q. s. Adalonus Epis. vel ad posterisque success. tuis, aut eidem homini cui vos suprascripto servo et ancilla dederitis vel abere decreveritis; ut si nos vobis eas et eos aliquando tempore intentionaverimus aut retolli vel subtragi quesierimus; nos vel ille homo cui nos suprascriptas dedissemus aut dederimus per quolibet ingenio. Et si nos exinde autores dare volueritis et eum et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus: spondimus nos vobis componere suprascripto servo et predicta ancilla quas tibi in comutat. dedi, duple persone meliorate sub estimationem quales tunc fuerint. Sic tamen si nos exinde autores dare nolueritis, licentiam abeat asque nostra persona, si vestra fuerit voluntas, exinde causas agendi, responsum reddendi, finem ponendi, modis omnibus vobis eos et eas defensandi cum ista comutationis cartula, qualiter justa legem melius potueritis, quia taliter inter nos convenit, et duas inter nos comutationis cartule Ghisalprandus not. et judex dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Ansualdo presb. in anc comutat. cartula a me facta subs.

† Ego Gottefredus subd. et primic. sicut de me supra legitur missus fui.

† Ego Andrea presb. et vicedom. sicut ec.

† Ego Teutperto sicut ec.

† Ego Benedicto rogatus ec.

† Igefredus judex dn. imp. subs.

† Ego Leo rogatus ec.

† Ego Ghisalprandus not. et judex dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MCCCCLXIX.

*Boniperga del fu Pietro, e moglie di Andrea vende la quarta parte di un fondo a Vaccole, ch'era il suo morginca, nell'anno 976. Arch. di S. Ponciano * 5.*

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Regnante dn. to gratia Dei imp. augusto filio b. m. imperii ejus in Italia nono, quinto. tii, indit. quarta. Manifesta sum ego Boniperga mulier Andree filia qd. Petri, quia consentiente mihi suprascripto vir meus. notitia Richeradi judex dn. imperatoris, ad quibus secundum legem interrogata, et cognita sum, eo quod nulla me passa sim violentia, set pura et integra mea bona voluntas. edicti paginam, per hanc cartulam consentientis mihi suprascripto vir meus, vindo et trado tibi Dominicho filio qd. Johannis, idest illam quartam portionem ex integrum de medietate de una petia de terra illa cum casa super se abentes, seo vinea totas insimul amembratas in loco et finibus Vaccole ubi dicitur a Septe ripe, omnia bona quas mihi exinde pertinere videtur per illum morginca, quas suprascripto vir meus in mee manus quartam portionem ex omnibus casis et rebus suis; de jam dicta medietatem de predicta petia de terra cum casa super se abentes, seo vinea totas insimul amembratas per designatas capitias et lateras, et qualiter tibi per memorata cartula ad suprascripto vir meus ex comparationem obvenit et in cartula ipsa continere dinuscitur, ut dictum est, illam quartam portionem ex integrum tibi eas vindo et trado, consentientis mihi suprascripto vir meus, quas mihi exinde per jam dicto morginca pertinere videtur. Pro quibus ad te pretium recepi argentum solidos in prefinito: unde repromitto ego q. s. Boni-

pergha, consentientes mihi suprascripto vir meus, una cum meis hered. tibi qui supra Dominicho vel ad tuis heredibus, aut eadem homini cui vos suprascripta mea venditio dederitis vel abere decreveritis, ut si nos vobis eas aliquando tempore in aliquod exinde intentionaverimus aut retolli vel subtragi quesierimus, nos vel ille homo cui nos eas dedissemus, aut dederimus per quolibet ingenio, et eam vobis ab omnis homines defendere non potuerimus: spondimus nos vobis componere suprascripta mea venditio in duplum, infer quidem loco sub estimationem quales tunc fuerit. Sic tamen si nos exinde autores nec defensores querere, nec dare nolueritis, licentiam abeatis absque nostra persona, si vestra fuerit voluntas, causas exinde agendi, responsum redendi, finem ponendi, modis omnibus vobis eas defensandi cum cartula ista, qualiter justa legem melius potueritis. Et pro confirmatione Petrum not. dn. imp. scribere rogavi. Actum Luca.

Signum † ms. Boniperghe que hanc cartulam fieri rogavit.

Signum † ms. Andree viro ipse Boniperghe consentientis.

† Ego Sicheradus judex dn. imp. interfui.

† Ego Teutpertus rogatus ec. me teste subs. et pretio dante vidi.

† Ego Andreas not. rogatus me teste subs. et pretio dante vidi.

† Ego Oberto rogatus ec. me teste subs. et pretio dante vidi.

† Ego Petrus not. dn. imp. post traditam complevi et dedi.

DOCUMENTO MCCCCLXX.

*Adalongo Vescovo allivella a Gottifredo del fu Bonifazio una casa massaricia nel comitato lunese, nell'anno sudd. 976. Arch. Arc. * H. 42.*

† In nom. S. et indiv. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusti filio b. m. itemque Ottoni imp. anno imp. ejus in Italia..... quinto decimo kal. magii, indit. quarta. Manifestu sum ego Gottifridi, que Gottitio vocatur filio b. m. Bonifatii, qui tu Adalonus gratia Dei ec. per cartula livell. ec. idest casa et res illa massaricias, que esse videtur infra chomitato lunense ubi dicitur Viscignano, que regere videtur per Fredisano massario, pertenentes suprascripte Eccl. Epis. vestro. Casa vero ipsa cum fundamento et omnem edificio suo, seo curte orto ec. omnia et in omnibus rebus quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascripta casa et res massaricias est pertinentes, et suprascripto Fredisano massario exinde ad manus suas abere ec. mihi eas livell. nomine dedisti: tali ordinem ut de admodum in mea q. s. Gottifridi vel de meis hered. sint potestatem suprascripta

casa et res quas mihi dedisti, eas abendi tenendi ec. Nisi tantum pro omni censum ec. exinde tibi vel ad posterisque ec. per sing. annos per omne mense november, censum exinde vobis ec. hic Luca ad pars ec. per nos ec. vobis vel ec. aut ad ministerialem ec. argen. den. ec. numero duodeci tantum. Et si a nos vobis ec. spondeo ego qui supra Gottifridi ec. componere tibi qui supra Adalonus Epis vel ad posterisque ec. penam argen. solid. sexsaginta, quia taliter ec. et duos ec. Ghisalprandum not. et judex dn. regis scribere rogavimus.
Signum † ms. Gottifridi qui ec.
† Ego Leo rogatus ec.
.
† Ego Benedicto rogatus ec.
† Ego Ghisalprandum not. et judex ec. post traditam ec.

DOCUMENTO MCCCCLXXI.

Il sudd. Vescovo allivella a Fraolmi del fu Fraolmo visconte dei signori di Corvara tredici case massaricie di S. Michele in foro, e di S. Fredisano poste in Sugrominio, nell'anno sudd. 976. Arch. Arc. †† S. 98.

† In nom. S. et individ. Trinitatis Otto gratia Dei imp. augusti, filio b. m. Ottoni imp. anno imp. ejus in Italia nono, octavo kal. magii, indit. quarta. Manifestu sum ego Fraolmi vicecomis filio b. m. item Fraolmi, quia tu Adalonus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ec. idest tertiam portionem ex integra de casa et res illa dominicata, que esse videtur in loco et finibus Subgrominio ubi dicitur Sala, octo casis et cassinis seo rebus massariciis que de suprascripta casa et curte dominicata sunt pertinentibus, que est pertinentes Eccles. S. Angeli sita infra civit. ista lucense in loco, ubi dicitur a Foro, que Eccl. ipsa est de suppotestate suprascripte Eccl.

Epis vestro S. Martini. Que una ex ipse res massaricias regere videtur per Popo massario et suis consortibus sita loco Pinulo; secunda casa et res regere ec. per Alperto massario, ubi dicitur Canale; tertia casa et res dicitur Casa majore, que regere ec. per Actio massario et Petro et suis consortibus; quarta casa et res dicitur Paterno, que regere videtur per Antonio; quinta casa et res regitur per Johan massario, ubi dicitur Casa Perghi; sesta casa et res in suprascripto loco Paterno, que regitur per Aggho; septima casa et res que dicitur Unticlio, que regitur per alio Popo; octava casa et res regitur per Gillo et Martino massarii. De has suprascripta

casa et curte domnicata cum predictis octo casis et cassinis, seu rebus massariciis ad suprascripta casa ec. sunt pertinentibus vel aspicientibus ec. cum fundamentis et universis fabricis suis, seu curtis ec. de omnia et in omnibus rebus, quantas ubique ec. ut dictum est, tertiam portionem exinde ex integram mihi eas livell. ec. Seve et dedisti mihi, idest tertiam portionem ex integra de quinque inter casis et cassinis, seu casalinis adque rebus massariciis, que sunt pertinentibus Eccl. S. Vincentii et S. Fridiani sita foras civitate ista lucense, que est de suppotestate Epis. vestro S. Martini. Que una ex ipse casalino et res dicitur Petrurio, regere videtur per Leo, secunda casa et res regitur per Dominicho; tertia casa et res vocitatur Casale, que regitur per filii Walfridi; quarta casa et res dicitur Alfiano, que regitur per Stefano massario; quinta casa et res in suprascripto loco Alfiano regitur per Ardo massario. De has suprascriptis casis ec. cum fundamentis et omnem edeficiis vel universis fabricis suis, seu de curtis ec. omnia et ex omnibus quantas ubique ec. ut dictum est, tertiam portionem exinde ec. mihi eas livell. ec. Adque et dedisti mihi, idest tertiam portionem ex integra de tertiam portionem de Eccl. illa cui vocabulum est beati S. Laurentii, sita loco et finibus Vaccule, pertinentes suprascripte Eccl. Epis. vestro S. M. De Eccl. vero ipsa cum fundamento et omnem ec.

seu de curtis ortis ec. de omnia et ex omnibus rebus tam domnicatis quam ec. quantas ubique ec. ad suprascripta Eccl. sunt pertinentibus vel aspicientibus, ut dictum est, tertiam portionem de tertia portionem ex integra mihi eas livell. ec. Tali ordinem ut da admodum in mea q. s. Fraolmi vice-comis vel de meis hered. vel de illis personis hominibus, cui nos livell. nomine dederimus vel abere ec. et de ejusque heredibus, sint et permaneant potestatem, suprascriptam tertiam portionem ec. eas abendi tenendi ec. Nisi tantum pro omni censum ec. exinde tibi ec. vel posterisque ec. per sing. annos per omne mense martio, censum exinde vobis reddere ad pars Eccl. Epis. vestro, per nos ec. argen. den. bon. expend. numero octuaginta et quattuor tantum. Et si a nos vobis hec omnia qualiter ec. spondeo ego qui supra Fraolmi vice-comis una cum meis hered. seu cum illis personis hominibus, cui nos eas ec. comp. tibi qui supra Adalongus Epis. vel ad posterisque ec. penam argen. solid. sexcentum, quia taliter ec. et duos ec. Ghisalprandum not. et judex dn. imp. scribere ec. Actum Luca.

† Ego Fraolmi vice-comis in unc libell. ec.
 † Leo judex dn. imp. subs.
 † Duranti judex dn. imp. subs.
 † Ego Ugo rogatus ec.
 † Ego Arnifridi not. rogatus ec.
 † Ego Ghisalprandus not. et judex ec. post traditam ec.

DOCUMENTO MCCCCLXXII.

*Il sudd. Vescovo allivella ad Azio e Cunerado del fu Erolfo il fondamento di una corte in Camiana, con nove case massaricie ad essa corte appartenenti, dell'anno sudd. 976. Arch. Arc. * K. 15.*

† In nom. S. et individ. Triunitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. itemque Ottoni imp. anno imp. ejus tertio decimo, quinto decimo kal. decembris, indit. nona. Manifestu sum ego Ildebrando filio b. m. Gherardi qui fuit comis, quia tu Wido gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum ec. idest quindecim inter casis et cassinis seu rebus massariciis, qui sunt pertinentibus Eccl. plebis vestre S. Marie et S. Johan. Batiste, quod est plebe batisimalis sito loco et finibus Suviliana, quem plebem ipsam esse videtur de subregimine ec. Que una ex ipse casa vocitatur Cippa; et duo ex ipsis casis et rebus dicitur Trigiano, qui regitur per Paulo, et Gottitio; et duo ex ipsis casis et rebus vocitatur Biliano, qui recta et laborate esse videtur per Teuperto et Bonifridis; et duo ex ipsis rebus Trigiano, que recte esse videtur per Cillo: octava dicitur Quarrata, que regitur per Gheritio cler.; nona in Rottule, que recta fuit per Urso: decima ubi vocitatur Greta. Quatuor ex ipsis casis et rebus massariciis qui sunt positus in loco Creta, una regitur per Manno, secunda per Leo, tertia per Urso, quarta per Petrus. Quintadecima in Agello, que recta fuit per Martino. Has suprascriptis quindecim inter casis et cassinis ec. cum fundamentis et omnem edificiis seu universis fabricis suis, seu curtis ec. olivis ec. omnia et in omnibus rebus quantum ubique ec. ad suprascriptis casis ec. sunt pertinentibus vel aspicientibus, et suprascriptis massariis exinde ec. una cum omnibus terris domnicatis et pratas seu vineis adque silvis ad ipsam S. plebem pertinentibus in integrum. Seu et livell. nom. dedisti mihi, idest omnis redditum illum quas singulis hominibus, qui sunt habitantibus in villis illis qui dicitur Suviliano, Tregiano, Tampiano, Subbiano, Cumpa-

gnana, Tertiana, Turgnano, Buzano, Palaja, Juniciano, Monteculaccio, Publica, Casanova, Aule, Rusciano, Culliano, Valiano, Vignale, Capannule, Valle Quarrata, Campignole, Urbana, Salaja, Kamuliana, Agello, Sitiana, Custagneto, Colle, Ursiana, Contra, Casale, S. Justo, Creta, et Rottule, Bulagnana, Ceule, seu per aliis villis sunt habitantibus qui ad ipsam S. plebem debiti sunt, tam de labore vinum oleo sive de fenu, adque de argentum, bestiis, vel de alia quocumque causa ad ipsam S. plebem debiti sunt ec. ut dictum est, omnia in integram mihi livell. nomine dedisti; una cum omnibus Eccl. et titulis ipsis subjectis ipsius Eccl. plebis vestre, et cum omni oblatione et offerensione quas Dominus Omnipotens in ipsam S. plebem donare ec. Tali ordine ut da admodum in mea q. s. Ildebrando vel de meis hered. ac prohered. sint et permaneant potestatem omnibus suprascriptis casis ec. abendi tenendi ec. et in ipsam S. plebem, seu Eccl. subjectis per nostram dispositionem officium Dei ec. Sic tamen licentiam et potestatem abeamus nos ec. in ipsam S. plebem introire, et omnis redditum et debitum illum quas ibi invenerimus, foras exinde tollendi et tragendi et faciendi exinde ec. Nisi tantum pro omni censum ec. exinde tibi vel ad posterisque ec. per singulos annos per omne mense october ec. reddere debeamus in civitate Luca ad pars suprascripte Eccl. Epis. vestro, per nos ec. vobis ec. argen. solid. triginta de den. bon. expend. duodecim den. per singulos solidos rationatos tantum. Et si a nos vobis hec omnia ec. per sing. annos sic non fuerint ec. aut si suprascriptis casis ec. relaxaverimus vel si per nos pejorata ec. spondeo ego ec. componere tibi q. s. Wido vel ec. penam argen. libras sexaginta, quia tali-

ter ec. et duas ec. Petrum not. dn. imp. scribere ec. Actum loco et finibus Cornino ubi dicitur Viniale.

† Ego Ildebrando in unc libello ec.

† Willeradus not. dn. imp. rogatus teste subs.

† Petrus iudex dn. imp. subs.

† Leo not. dn. imp. rogatus ec.

† Petrus not. dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDXVIII.

Il sudd. Vescovo allivella a Donnuccio del fu Teudimundo, e a Liutprando diac. e Leone suddiac. figli di Ingulberta, beni, case, e decime della pieve di S. Gennaro, nell'anno sudd. 980. Arch. Arc. † 94.

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio h. m. itemque Ottoni imp. anno tertio decimo, octavo decimo kal. januarii, indit nona. Manifesti sumus nos Dominico filio h. m. Teudimundi qui Teutio vocabatur, et Liutprando diaconus, et Leo subdiac. gg. filii Ingalberte que Inghitia vocatur, quia tu Wido gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ad censum perexolvendum dedisti nobis, idest tres inter casis et casalino seo rebus illis pertinentes Eccl. vestre S. Januarii, et S. Johan. Batiste, quod est plebe batismalis sito loco et finibus Asilattia prope Petruniano, que est de subregimine et potestate suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, que una ex ipse casa et res esse videtur prope Eccl. plebe vestra, que regitur per Prosperi et Martino gg. et ille secunda casa et res esse videtur in loco et finibus Sexantula, que regitur per Baroccio massario filio qd. Raminghi, et illa tertia quod est Casalino et res esse videtur in loco Sulcini, que regitur per Johan. massario. Hec autem suprascriptas tres inter casis et casalino seo rebus, cum fundamentis et omnem edeficiis suis, seo curtis, ortis, terris, vineis, olivetis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis rebus vel incultis, omnia et in omnibus rebus tam dominicatis quam et massariis, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascriptis casis et casalino seu rebus sunt pertinentibus vel aspicientibus, et suprascriptis denominatis hominibus exinde ad manus eorum abere et detinere videntur, in integrum nobis eas livell. nomine dedisti. Seve livell. nomine

dedisti nobis, idest omnem redditum edibitionem illam, quantas singulis hominibus abitantibus in villis illis nuncupante Laviano, vinea Morelli, Tufulo, Lamula, Flubbiano, Liccio, Petruniano, Sulcini, Fontanula, Glaretulo, Loguano, Casale, Fabrica, Sexantula, Mortito, Lama, Valle, Celle, Tribbio, vel in aliis villis abitantes sunt aut fuerint, singulis quibusque anni ad pars suprascripte Eccl. plebis vestre S. Januarii, et S. Johan. Bapt. quod est plebe batismalis, consuetudi vel debiti sunt ad reddendum aut in antea debiti fuerint, in integrum nobis eas livell. nom. dedisti: tali ordine ut da admodum in nostra q. s. Donnuccio et Liutprando diac. et Leo subd. gg. vel de nostris hered. aut unum de nobis quale superadvixerit, sint potestatem omnibus suprascriptis casis et rebus quas nobis dedisti, eas abendi, tenendi, imperandi, laborare faciendi, meliorandi, et nobis eas privatim nomine usufructuandi, et faciamus ex frugibus eorum rerum vel censum quibus exinde Dominus annue dederit, quitquit voluerimus, et jam dictum redditum edibitionem quas nobis dedisti, per sing. annos requirendi, et recoliendi, et nobis eas abendi, et usufructuandi. Sic tamen licentiam et potestatem abeamus nos q. s. Donnuccio et Liutprando diaconus, Leo subdiaconus gg. vel nostris hered. aut hominibus nostris, tam nos toti insimul quam et duo vel unum qui superadvixerit, in ipsa Sancta plebem introire et movillas nostras mittere, et illa que ibi invenerimus tam movilia quam et offeritionem, seo oblationem, quantum ibi invenerimus, foras traendi et tollendi, et

faciendi exinde quitquit voluerimus asque omni calomnia. Nisi tantum per omni censum et justitiam exinde vobis vel a posterisque success. tuis, per sing. annos per omne mense magio, censum exinde vobis reidere debeamus ad pars suprascr. Eccl. Epis. vestro S. Martini per nos aut per misso nostro, vobis vel a misso vestro, aut a ministerialem illum quas ibi pro tempore abueritis, vel ad illum homines qui eas pro tempore in beneficio abuerit, argen. solid. duodecim de bon. den. duodecim den. per sing. solid. rationatos tantum. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondimus nos q. s. Domnucio et Luiprando diaconus, seo Leo subdiaconus gg. una cum nostris hered. vel unum de nobis quale superadvixerit, componere tibi q. s.

Wido Epis. vel a posterisque successoribus vestris penam argen. solid. tricentos, quia taliter inter nos convenit, et duas inter nos libelli Petrum not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

- † Ego Domnucio in unc libello a nos facto subs.
- † Ego Liuprandus diac. in hunc libellum a nos facto subs.
- † Ego Leo subd. in hunc libello a nos facto subs.
- † Ego Petrus judex dn. imp. subs.
- † Ego Ostrifuso vicedomino rogatus teste subs.
- † Ego Johan. not. dn. imp. rogatus teste subs.
- † Ego Petrus judex dn. imp. subs.
- † Petrus not. dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDXIX.

Privilegio conceduto alla Chiesa e clero di Lucca dall' imperatore Ottone II ad istanza del Vescovo Guido, dell' anno 980. Arch. Arc. Arca dei Privilegi N. 6.

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Octo Divina favente clementia imperator augustus. Si precibus nostrorum fidelium aures inclinaverimus, ad nostri imperii augmentum fore speramus; quapropter omnium fidelium S. Dei Ecclesiae nostrorumque presencium ac futurorum comperiat industria, *Petrum Tianensem Episcopum* nostram adisse clementiam, et postulasse ut *Widoni S. Lucensis Ecclesie confirmationis preceptum conscribi juberemus de omnibus rebus sue Ecclesie*. Cujus non spernendis precibus aures nostre celsitudinis accomodantes, ob amorem Dei, tranquillitatemque fratrum in predictae Lucensi Ecclesia famulantium, atque sub ipsius Dioceseos degentium libenter concedere placuit, et hoc Nostre Auctoritatis preceptum *in-munitatis, atque tuitionis gratiam erga eandem Ecclesiam fieri degrevimus, nominative de custodibus, castellis, monasteriis, plebibus, cellulis, aldionibus, et aldiatus, servis, et ancillis, piscationibus, aquis, aquarumque ductibus, pratis, vineis, ec. campis, mansis,*

BARSOCC. TOM. V. PAR. III.

massariciis, nec non de omnibus rebus mobilibus et immobilibus, que dici vel nominari possent, jam dicto Episcopio pertinentibus, in honore Beati Martini Confessoris constructo, ubi etiam corpus Beati Reguli martiris humatum requiescit. Precipientes quapropter jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Judex publicus, aut Gastaldus, vel quilibet ex *judiciaria postetate in cellulas, aut Ecclesias, vel domos clericorum, curtes, seu villas ec.* aut Loca, vel agros, *castella seu reliquas possessiones memorate Ecclesie, quas moderno tempore per donationes Regum Reginarumque, vel ceterorum Deum timentium hominum memorata tenet vel possidet Ecclesia, vel que deinceps jure ipsius S. Loci divina pietas voluerit augeri, ad causas audiendas vel freda exigenda, aut mansionem vel paratas faciendas, aut fide jussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesie tam ingenuos quam servos distringendos, aut ullas credibitiones* illicitas de occasionibus requirendas, nostris vel futuris tem-

poribus invadi audet, vel ea que supra memorata sunt pariter *exigere presumat*, sed liceat memorato Presuli suisque successoribus sibi subjectis, vel omnibus ad se adspicientibus sub tuitionis atque immunitatis nostre defectione, remota totius judicarie potestatis inquietudine, possedere. Tonsos vero, quos sua parrochia . . . et omnes homines in sua terra residentes, aut ad ejusdem terre Castella confugientes, ad jam dicti Episcopi *suorumque successorum venient judicium, et nulla imperii nostri magna parvaque persona habeat potestate ad distringendum, sed liceat ei ad vicem Regie potestatis eas distringere*; quatinus Episcopus cum congregatione et rebus vel omnibus sibi subjectis et sue Ecclesie quietam vitam habeant, et una cum clero et populo pro nobis vel pro stabilitate imperii a Deo nobis conlato, liberam habeant facultatem Domini misericordiam exorandi. Censemur itaque et omnibus confirmamus, ut si quis liber possessiones aut terras quolibet tempore perte-

nentes eidem Ecclesie, per inscriptiones cartarum aut commutationes contra divina iudicia et secularem auctoritatem justamque legem detinere videtur, et scripta ipsa seu alique carte in presentiarum delate fuerint. *frangantur, et inlidantur, et res ad propriam Ecclesiam revertantur*. Similiter volumus, ut nulli homini liceat potestative aut contra Episcopi auctoritatem, terram aut quamlibet rem Episcopi, aut nec Ecclesie *pertinentem tenere*. Neque contra ejus voluntatem aliquid de Episcopatu agere, sed liceat eum de omnibus suis rebus quidquid voluerit agere. Si quis autem hec nostre auctoritatis preceptum aliquo nisu infringere temptaverit, sciat se compositurum auri optimi libras mille, medietatem camere nostre, et medietatem predicte Ecclesie ejusque Vicario. Quod ut verius credatur diligentiusque ab omnibus observetur, presentem paginam manu propria roborantes, anuli nostri impressione inferius insigniri jussimus.

Signum Domni Ottoni Sereuissimi



et invictissimi Augusti

Johannes Cancellarius ad vicem domni Petri Episcopi et Archicancellari recognovit



Data pridie kal. januarii. Anno Dominice Incarnationis DCCCCLXXXI. indit. nona. Regni Domni et Piissimi Ottonis XX. Imperii quoque XIII. Actum Ravenne Feliciter.

DOCUMENTO MDXX.

Guido Vescovo allivella al fratello Donnuccio un pezzo di terra di S. Maria a Monte presso il fiume Gusciana, nell'anno 981. Arch. Arc. †† A. 19.

† In nom. S. et indiv. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto filio b. m. itemque Ottoni imp. anno ec. quartodecimo, duodecimo kal. martii, indit. nona. Manifestu sum ego Wido gratia Dei ec. humilis Epis. quia per hanc cartula livell. nom. ad censum ec. dare videor tibi Donnuccio gg. meo filio b. m. Teudimundi, que Teutio vocabatur, qui fuit similiter genitor meus, idest una petia de terra illa que esse videtur in loco et finibus ubi dicitur Prato Mosci et prope fluvio Jussiana, pertinentes Eccl. nostre S. Marie que dicitur a Monte, que est de subregimine et potestate suprascripte Eccl. Epis. nostro S. Martini; et est tenentes ipse petia de terra uno capo cum uno lato in terra et prato suprascripte Eccl. nostre S. Marie, quas tibi per hoc libello minime dare videor, alio capo tenet in via publica, et alio lato tenet in terra Roffridi et de consortibus suis, et in terra suprascripte Eccl. nostre S. Marie, similiter quas tibi per hoc libello minime dare videor. Has suprascripta petia de terra qualiter circumdata est ec. in integrum, una cum inferioribus ec. seo cum accessionibus ec. Tali ordinem ut da admodum in tua q. s. Dom-

nucchio g. meo, vel da tuis heredibus sint potestatem ec. eas abendi ec. Nisi tantum pro omni censum ec. exinde mihi vel ad posterisque ec. per sing. annos per omne mense januario, censum exinde nobis reddere debeatis ad pars suprascripte Eccl. nostre, per vos ec. nobis vel ad misso nostro, aut a ministerialem ec. quas in ipso domum Epis. nostro pro tempore abuerimus, argen. den. bon. expend. num. viginti et quattuor tantum. Et si a nos vobis hec omnia qualiter ec. per sing. annos sic non fuerint ec. et nos vobis suprascripta petia de terra quas tibi dedi, retollerimus, vel si aliquit amplius vobis super imposuerimus per quolibet ingenio: spondeo ego q. s. Wido Epis. una cum posterisque ec. comp. tibi q. s. Donnuccio g. meo vel ad tuis hered. penam argen. solid. centum, quia taliter ec. et duos ec. Petrum not. dn. imp. scribere ec. Actum Luca.

† Ego Wido gratia Dei hum. Epis. in hoc libell. a me facto subs.

† Petrus iudex dn. imp. subs.

† Ego Benedicto rogatus ec.

† Balduino not. dn. imp. rogatus ec.

† Petrus not. dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDXXI.

Il sudd. Guido cambia col fratello Donnuccio molti beni in Flesso, con altri in Vaccole, nell'anno sudd. 981. Arch. Arc. †† F. 16. e † O. 51.

† In nom. S. et indiv. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. aug. filio b. m. Ottoni imp. anno ec. quartodecimo, octavo idus julii, indit. nona. Manifestu sum ego Donnuccio filio b. m. Teudimundi, que Teutio vocabatur, quia convenit mihi una tecum Wido gratia Dei ec. ut inter nos de aliquantibus rebus comutat. ec. Proinde ego qui supra Donnuccio per hanc cartulam in comutat. dare videor tibi q. s. Wido Epis. ad pars Eccl. vestre S. Laurentii sita loco

et finibus Vaccule, que est de suppotestate ec. idest casalino et res mea illa, quam abeo in loco et finibus Flexo, ubi dicitur Dardaticho, quas Teutio ad laborandum ad manus abuit; casalino vero ipso cum fundamento suo, seo curte orto ec. omnia quantum in suprascripto loco Dardaticho, vel in ejus finibus ad suprascripto casalino ec. quod sunt ipsi cultis rebus per mensura justa mod. quattuor e dimidio, et de terris agrestibus quod sunt silvis cum

buscareis mod. unum, in integrum tibi eas in comut. ec. Sive et dare videor tibi ec. idest mea portionem exinde ex integra de res illa que esse videtur in eodem loco Flexo ubi dicitur a Ponte, quas Marcho ad laborandum ad manus suas ec. jam dicta res cum orto terris seo vineis, qualiter suprascripto Marcho ad laborandum exinde ec. ipsa vero ex integra mea portione, quod est per mensura ec. mod. duo et sist. tres, in integrum tibi eas ec. ad pars suprascripte Eccl. S. Laurentii. Quidem et in comutat. dare ec. meam portionem ex integra de tres petiis de terris illis, que esse videtur in suprascripto loco Flexo. Prima dicitur ad Lama, tenentes uno capo cum uno lato in terra qui fuit qd. Isalbrandi et de suis consortibus, alio capo in terra Sisemundi, et alio lato tenet in terra Martini et de suis consortibus, quod est per mensura justa sist. vigintiduo. Et illa secunda petia tenentes uno capo in terra S. Benedicti, alio lato tenet in suprascripta terra, lateras ambas in terra suprascripti Martini, quod est per mensura justa sist. decem et octo. Et ille tertia petia ec. est tenentes uno capo in suprascripta terra, alio capo in terra Johan. de Flexo, lato uno tenet in terra predicti Martini, alio lato in terra qui fuit qd. Teudilasci, quod est per mensura justa sist. viginti uno. De has suprascriptis tres petiis de terris, qualiter circumdate ec. qualiter supra mensura legitur, competit exinde mihi medietas: ipsa vero ex integra tibi eas in comutationem dedi ec. ad pars ec. Adque dare videor ec. mea portione ex integra de una petia de terra illa, que esse videtur in suprascripto loco Flexo prope Cornuta, tenentes uno capo in terra S. Alessandri, alio lato in terra S. Marie, lato uno tenet in terra que fuit suprascripti qd. Isalbrandi et de consortibus suis, et alio lato in terra suprascripti Martini et de consortibus suis. De has suprascripta petia ec. qualiter circumdata ec. competit mihi tertiam portionem ec. quod est per mensura ec. sist. viginti et septe, in integrum tibi eas ec. Adque et dare videor ec. idest meam portionem ex integra de una petia de terra quod est vinea, que esse videtur in suprascripto loco Flexo, tenentes uno capo

cum uno lato in via, alio capo in fluvio Ausare, et alio lato in terra suprascr. Martini. De has suprascripta petia ec. qualiter ec. competit exinde mihi tertiam portionem, quod est per mensura juxta sist. Simulque et dare ec. idest meam portionem ex integram de duo petiis de terris illis in eodem loco Flexo, quas Johanni filio Alperghe ad manus ec. que una ex ipse petia vocitatur da Noce, sunt inter ambo per mensura juxta mod. unum, competit exinde mihi tertiam portionem ec. quas tibi ec. Quidem et dare ec. idest meam portionem de cassina et res mea illa in suprascripto loco, ubi dicitur Amiate, quas Stefano cum aliis hominibus ad manus ec. De cassina vero ipsa cum fundamento ec. seo de curte ec. olivis ec. de omnia quantum ad ipsa cassina est pertinentes, et suprascr. Stefano cum aliis hominibus exinde ad manus suas, quod sunt ipsi cultis rebus per mensura juxta mod. undecim, et sist. octo, competit exinde mihi tertiam portionem, ipsa vero ex integra tibi eas ec. Quidem et dare ec. idest duo petiis de terris illis quam abeo in loco Spardaco, qui una ex ipse petia ec. est tenentes uno capo in terra qui fuit qd. Teudigrimi, alio capo in Simitula, lato uno tenet in terra de filii qd. Cunitii, alio lato in terra qd. Rodilandi vicecomis: et ille secunda petia ec. in eodem loco, tenentes uno capo in terra suprascripti qd. Teudigrimi, alio capo in terra qui fuit qd. Coffridi judex et de suis consortibus, lato uno in terra suprascripti qd. Rodilandi, et alio lato in terra Fraolmi vicecomis. Has suprascriptis duo petiis ec. qualiter ec. quod sunt inter ambo per mensura sist. viginti et octo, in integrum tibi eas ec. Adque et dare ec. idest meam portionem de omnibus rebus illis pertinentibus de fundamento de Eccl. cui vocabulum fuit S. Appollinari in suprascripto loco Spardaco. De jam dictis rebus ipsius fundamenti pertinentibus, competit exinde mihi demediet. tertiam portionem, ipsa vero ex integra, quod est per mensura sist. trigiutaquinque, tibi eas ec. Quidem et dare ec. idest una petia de terra mea ubi dicitur ad Osere prope Ponte Winiberti, tenentes uno capo et uno lato in terra Willelmi, alio capo tenet

in suprascripto fluvio Ausere, et alio lato in terra de filii suprascripti Cunitii; suprascripta petia ec. qualiter ec. quod est per mensura ec. mod. duo, tibi eas ec. Simulque dare ec. idest mea portione ex integra et res illa que esse videtur in loco et finibus Lamari, quas . . . ad manus ec. de cassina vero ipsa cum fundamento ec. seo curte ec. de omnia quantum ad ipsa cassina ec. competit exinde mihi tertiam portionem ec. quod est per mensura ec. mod. duo, in integrum tibi eas ec. Quidem et dare ec. tres inter cassina et casalino, seo rebus meis illis, quas abeo ultra fluvio Arno: que una ex ipse cassina et res esse videtur in loco Valiano, quas Dominico filio qd. Martini ad manus ec. secunda quod est casalino et res in eodem loco, quas Valiano ad manus ec. tertia esse videtur ubi dicitur Caprile. Jam dicta cassina cum fundamento ec. seo predicto casalino et rebus quas predicto Dominico ec. vel quantum mihi in suprascripto loco Valiano et Caprile mihi est pertinentes, quod sunt de cultis rebus per mensura justa mod. viginti et quatuor, et de terris agrestibus, quod sunt silvis et buscareis, seo pascuas per mensura justa mod. viginti et sex, in integrum tibi eas ec. quod sunt omnibus rebus et cassinis inter totas per mensura ad justa pertica ec. mod. sexaginta et nove in integrum, una cum inferioribus ec. seo cum accessionibus ec. tibi in comutationem ec. ad pars Eccl. vestre S. Laurentii. Pro suprascriptis cassinis et rebus ec. recepi ad te de parte jam fate Eccl. S. Laurentii, idest decem et septem petiis de terris seo vineis, seo orto, que esse videtur in suprascripto loco Vaccule, pertinentes suprascripte Eccl. que una ex ipse petia de terra dicitur a Grippulo, tenentes uno capo et uno lato in terra Johan. presb. et alio capo cum alio lato tenet in via publica et in rivo Wappao, quod est per mensura justa sist. viginti et dimidio: secunda dicitur tra rivo, tenentes uno capo cum uno lato in suprascripto rivo Wappao, alio capo tenet in terra et vinea Martini, et alio lato tenet in rivo Octiulo, quod est per mensura sist. quinquaginta et dimidio; tertia petia dicitur similiter tra rivo, tenentes uno capo cum

uno lato in suprascripto rivo Wappao et in via, alio capo cum uno lato in suprascripto rivo Wappao et in via, alio capo tenet in terra qui fuit qd. Daiblandi, alio lato tenet in terra et vinea suprascripti Martini, quod est per mensura sist. nove: quarta petia vocitatur a rivo Orticulo, tenentes uno capo in suprascripto rivo, alio capo tenet in Lama, lato uno tenet in terra et vinea suprascripti Johan. presb. et de sua consortibus, et alio lato in terra que fuit qd. Auderami, quod est per mensura sist. duodecim et dimidio. Et ille quinta petia dicitur Via pisana, tenentes uno capo in via pisana, alio capo in rivo Wappao, lato uno in terra Daibrandi, et alio lato in terra Ursi filio qd. Bonitii, quod est ec. mod. quattuor et sist. octo. Ille sexta dicitur Macretulo, tenentes uno lato cum uno capo in via publica, et semitula, alio capo tenet in suprascripto rivo Wappao, et alio lato tenet in terra et vinea Adalberti, quod est per mensura mod. quinque et sist. sideci. Et ille settima in eodem loco Macretulo prope Cafagio, tenentes uno capo in suprascripto rivo Wappao, alio capo tenet in via, lato uno tenet in terra et prato, qui fuit qd. Auderami, et alio lato tenet in terra suprascripti Ursi, quod est per mensura mod. quatuor et dimidio. Et ille octava quod est vinea dicitur a Grifolio, tenentes ambas capitas in via publica, lato uno tenet in terra . . . filio b. m. Anfridi, et alio lato in simitula, quod est ec. sist. viginti. Et ille nona petia ec. quod est orto et vinea insimul comprehensa, tenentes uno capo in via publica, alio capo cum ambas lateras in terra et vinea suprascripti Ursi, quod est ec. sist. octo. Et ille decima petia ec. quod est vinea dicitur Piscinale, tenentes uno capo in via, alio cum uno lato tenet in terra et vinea qui fuit qd. Ghisalprandi subd. et alio lato tenet in terra et vinea qui fuit qd. Adalberti, quod est ec. sist. tridecim et dimidio. Et ille undecima ec. quod est vinea dicitur Classo, tenentes ambas capitas cum uno lato in via, alio capo tenet in terra et vinea qui fuit qd. Auderami, quod est ec. sist. undecim. Et illa decimasecunda petia ec. quod est vinea, dicitur similiter ad Classo, tenentes uno capo cum uno

lato in via et Classo, et alio lato ec. in terra et vinea seo orto Johan. et de suis consortibus, et alio lato in terra et vinea qui fuit suprascripti qd. Ghisalprandi subd. quod est ec. sist. septemdecim et dimidia. Et ille tertiadecima quod est vinea, dicitur a Casale, et a Pojo, tenentes uno capo in via, alio lato in terra et oliveto S. Ambrosii, lato uno in terra et vinea suprascripti qd. Ghisalprandi subd. et alio lato in terra et vinea Leoprandi, quod est ec. sist. quindecim. Et ille decimaquarta petia quod est vinea dicitur Campo da Classo, tenentes ambas capitas cum uno lato in terra Daibrandi et de consortibus suis, et alio lato in terra et vinea Antonii presb. quod est ec. sist. duo. Et ille quintadecima petia ec. quod est vinea dicitur Oliveto longo, tenentes uno capo cum uno lato in terra qui fuit qd. Fraolmi et de suis consortibus, et alio lato tenet in terra et vinea Benedicti, quod est ec. sist. quatuor. Et ille decimasesta ec. quod est vinea dicitur da Romaldo, tenentes ambas capitas cum ambas lateras in terra et vinea qui fuit suprascripti Auderami, quod est sch-

las quattuor et dimidio. Et ille decimasettima ec. quod est vinea dicitur da Johan. presb. tenentes uno capo cum uno lato in terra et vinea qui fuit . . . et alio capo ec. in via et Classo, et alio capo in vinea Bonitii et de consortibus suis, quod est ec. sist. decem. Has suprascriptis decem et septe petiis ec. qualiter circumdate ec. quod sunt ec. inter totas mod. vigintitres et sist. octo in integrum, una cum inferioribus ec. ad te eas in comutat. ec. Ubi et super hanc ec. tu q. s. Wido Epis. direxisti missos tuos, idest Rosfridus archid. que Roctio vocatur, et Benedicto filio b. m. . . . seo Ostrifuso vicedom. qui Atio vocat. filio b. m. Austrude que Amitia vocabatur, qui ambulaverunt ec. „ *il resto simile* „ et Petrum not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Domnuccio in anc ec.

Seguono i messi

† Ego Alprandus iudex dn. imp. subs.

† Petrus iudex dn. imp. subs.

† Petrus not. dn. imp. rog. ec.

.

† Ego Petrus not. dn. imp. post trad. ec.

DOCUMENTO MDXXII.

Il sudd. Guido Vescovo ordina il prete Giovanni figlio di Ermingarda nella pieve di S. Pietro e S. Gio. Battista di Millano, nell'anno sudd. 981. Arch. Arc. †† K. 28.

† In Xti. nom. Qualiter ego Wido gratia Dei ec. una per consensum sacerdotum meorum, seu filii ec. ordinare videor te Joann. presb. filio Ermigarde, in eo ordine sicut supter adnexum fuerit, in Eccl. illa cui vocabulam est beati S. Petri et S. Johan. Batiste quod est plebe ec. sito loco et finibus Millano, que est de subregimine ec. In jam dicte Eccl. S. Petri et S. Johan. Bapt. te inibi ordinare et confirmare videor, ut in tua sint potestate cum aliis Eccl. subjectis ipsius Eccl. plebis, sive cum omnibus casis et rebus tam domnicatis quam et massariciis, seo curtis ortis terris vineis olivis ec. movile ec. seo que semoventibus, tam servos quam et ancillas sive retditum edibitionem, omnia et in omnibus rebus quantas ec. prediete Eccl. sunt

pertinentibus, atque in antea ec. in integrum tibi eas dare videor. Tali ordine ut ab odierina die in tua q. s. Johan. presb. sint potestatem diebus vite tue eas abendi ec. et in ipsis Eccl. quas tibi, dedi per te aut per tuam dispositionem officium Dei ec. Sic namque vero ut non abeas potestatem ec. et Petrum not. dn. imp. scribere rogavi. Actum Luca.

Et ec ordinationis cartule facte sunt anno regni dn. nostri Ottoni gratia Dei imp. augusto filio b. m. itemque Ottoni imp. imperii vero quartodecimo, tertium nonas octubris, indit. decima.

† Ego Wido gratia Dei hum. Epis. in hac ordinationis ec.

† Ego Rosfridus archidia. ec.

† Ego Gottefredus subd. et primic. ec.

† Ego Johan. presb. et cantor ec.
 † Ego Leo presb. et custos ec.
 † Ego Silveradus presb. et card. ec.
 † Ego Jacobus presb. card. ec.
 † Ego Albertus presb. card. ec.
 † Ego Alprandus presb. in ac ordinat.
 consensi.

† Ego Ghisalprandus judex dn. imp. subs.
 † Ego Petrus judex dn. imp. subs.
 † Ego Liutardus not. rogatus ec.
 † Ego Petrus not. dn. imp. post traditam
 complevi et dedi.

DOCUMENTO MDXXIII.

Giovanni prete e rettore della Chiesa di S. Donato e S. Teodoro presso Lucca allivella al fratello Goffredo la terza parte dei beni e case della sua Chiesa, all' eccezione di alcuni fondi, nell' anno sudd. 981. Arch. Arc. † F. 65.

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto filio b. m. itemque Ottoni imp. anno imperii ejus quarto decimo, tertium nonas octubris, indit. decima. Manifestus sum ego Goffridi filio b. m. Gottifridi qui Gottitio vocabatur, quia tu Johan. presb. germano meo filio suprascripti Gottifridi rectorem adque custodem Eccl. beati S. Donati et S. Teodori, sita foras civitate ista Lucense non longe ad porta que dicitur S. Donati, que est de subpotestatem Eccl. Epis. S. Martini, per cartula livell. nom. ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest tertiam portionem ex integrum de omnibus casis et rebus pertinentibus suprascripte Eccl. S. Donati et S. Teodori. De casis et rebus vero ipsis tam domnicatis quam et massariicis cum fundamentis et omnem edeficiis vel univversis fabricis suis, seo de curtis ortis terris vineis olivetis silvis virgareis pratis pascuis cultis rebus vel incultis, de omnia et ex omnibus casis et rebus tam domnicatis quam et massariicis, quantas ubique in quolibet locis vel vocabulis ad suprascripta Eccl. SS. Donati et Teodori sunt pertinentibus vel adspicientibus, ut dictum est, tertiam portionem ex integrum dedisti mihi livell. nomine: exceptasti et anteposuisti exinde tres casis et rebus illis massariicis, que esse videntur duo ex ipsis in loco et finibus ubi dicitur Fiscalino, quas qd. Petrus et Georgio massarii ad manus suarum abuerunt: et ille alia esse videtur in loco et finibus Traversaria ubi dicitur a Strata, quas Toto et Ildo, seo Fridiano massarii

ad manus suorum abere videtur, et cum omnibus rebus, seo terris et vineis adque sterpetas et pascuas seo silvis et virgareis adque quercietas, que esse videtur per locas et vocabulas que dicitur Turitana prope Eccl. plebe S. Stefani, et Montemagno et Traversaria, que detinet Urso, et in loco ubi dicitur Monteroni, et omnibus petiis de terris illis, seo silvis in loco ubi dicitur Valleturolofoli, pertinentes jam dicte Eccl. S. Donati et S. Teodori, quas mihi per oc libellum minime dedisti, et tu antea per libellum dedisti Gherardi filio b. m. Cuneradi. Nam de illis aliis omnibus casis et rebus ipsius Eccl. pertinentibus, ut dictum est, tertiam portionem exinde ex integrum mihi eas livell. nom. dedisti. Tali ordine ut da admodum in mea q. s. Gottifridi g. tuo vel de meis hered. sint potestatem, una cum exemplar de illa ordinationes paginam, per quas tu in suprascripta Eccl. SS. Donati et Teodori ordinatus et confirmatus est, ut ipsa exemplar abendi et ostendendi, et nobis eas justa legem defensandi, qualiter justa legem melius potuissemus, suprascripta tertiam portionem de predictis casis et rebus, eas abendi tenendi imperandi laborare faciendi meliorandi et nobis eas privatum nomine usufructuandi. Nisi tantum per omni censum et justitiam exinde tibi vel ad posterisque success. tuis, per singulos annos per omne mense magio, censum exinde vobis retdere debeamus hic civitate Luca ad pars predictae Eccl. vestre, per nos aut per misso nostro, vobis vel ad misso vestro, aut in ipsa

Eccl. mittantur argen. den. bon. expend. numero quadraginta tantum. Et si a nos vobis hec omnia qualiter superius legitur, per sing. annos sic non fuerint adimpleta et conservata, aut si suprascripta tertiam portionem de predictis casis et rebus quas mihi dedisti, relaxaverimus, vel si per nos pejorata fuerit, preter illis casis et rebus quod superius exceptasti: spondeo ego qui supra Johann. presb. germano meo rectore adque custode, vel ad posterisque success. tuis, penam argen. solid. viginti, quia ta-

liter inter nos convenit, et duos inter nos libell. Petrum not. dn. imp. scribere rogavi. Actum Luca.

Signum † ms. suprascripti Goffridi, qui hunc libellum fieri rogavit.

† Ego Petrus not. dn. imp. rogatus teste subs.

† Ego Ghisalprandus iudex dn. imp. subs.

† Ego Cuceradus rogatus teste subs.

† Ego Gherardo rogatus ec.

† Ego Petrus not. dn. imp. post traditam complevi et dedi.

D O C U M E N T O MDXXIV.

Privilegio di Ottone II. conceduto ai Canonici della Cattedrale, nell'anno 982. Arch. dei Can. Plut. dei Privilegi.

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto divina favente clementia imp. augustus. Quia decet imperiali munificentiae loca sacra ditari, atque venerari ec. Quapropter considerantes nos hoc, et in animis nostris volentes, prece et admonitione dilectae nostrae conjugis Theophanis imperiique nostri consortis, concedimus atque donamus, et confirmamus predicto sancto Loco sicut olim Hugo, Lotarius, nosterque genitor, atque predecessores nostri reges et imperatores pro remedio animarum Adelberti Marchionis et Bertae comitisse, necnon et suarum, dederunt beato Martino Pontifici, Ecclesiaeque suae sitae Lucae, suisque fidelibus ibi pro tempore Deo famulantibus, sacerdotibus scilicet, et dia-

conibus, subdiaconibusque, ceterisque ibi pro tempore ordinatis, videlicet cortes duas, unam quam predicta Berta suo pretio comparavit ec. Statuentes ut Episcopus Loci nullam quoquam in tempore de praefatis Cortibus potestatem habeat, neque se intromittat, nisi ad Canonicorum auxilium et salvationem. Et si, quod absit, a potestate eorum prefatas Cortes cum omnibus ad se pertinentibus, Episcopus Loci, aut ullus invasor tulerit, aut aliquid subtraxerit, tunc deveniant in potestatem Ducis et Marchionis Lucae Civitatis, tandiu, donec talis Episcopus venerit, qui prefatas Cortes in jure et potestate Canonicorum esse permittat, Denique et Plebem ec.

Signum Domni Ottoni Secundi Imperatoris et invictissimi Augusti.

Adalbertus Cancellarius ad vicem Petri Episcopiet Archicancellarii recognovi et subscripsi.

Data XII. kalendas januaris. Anno Domini ce Incarnationis DCCCCLXXXII. inditione X. Anno vero Regni Secundi Ottonis XXV. Imperii quoque ejus XV. Actum juxta Civitatem Salernum.

DOCUMENTO MDXXV.

Teudigrimo Vescovo allivella a Donnuccio fratello del fu Vescovo Guido la Chiesa e beni di S. Regolo di Gualdo, nell' anno 983. Arch. Arc. † C. 63.

† In nom. S. et indiv. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto filio b. m. itemque Ottonis imp. anno imp. ejus sexto decimo, sextokal. junii. indit. undecima. Manifestus sum ego Domnuccio filio b. m. Teudimundi, qui Teutio vocabatur, quia tu Teudigrimo gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ad censum percolvendum dedisti mihi, idest Eccl. illa cui vocabulum est beati S. Reguli sito infra chomitato et territorio Voloterense, una cum casa et curte illa dominicata que ad ipsa Eccles. S. Reguli est pertinentes, quas hec predicta Eccl. S. Reguli cum omnibus casis et rebus ad eas pertinentes, esse videtur de subregimipe et potestate suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini. Eccl. vero ipsa cum predicta casa et curte dominicata cum fundamentis et omnem edificis suis, una cum omnibus casis et casalinis adque rebus tam dominicatis quam et massariciis ad eadem Eccl. et ad predicta curte pertinentibus, cum fundamentis et omnem edificis suis, seo curtis ortalias terris vineis olivetis silvis virgareis pratis pascuis, cultis rebus vel incultis, omnia et in omnibus rebus tam dominicatis quam et massariciis, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascripta Eccl. S. Reguli, et ad predicta casa et curte dominicata, sive ad predictis casis et casalinis seo rebus dominicatis et massariciis sunt pertinentibus vel aspicientibus, omnia in integrum, una cum inferioribus et superioribus suis, seo cum accessionibus et ingressoras suas mihi eas livell. nom. dedisti: tali ordinem ut da admodum in mea q. s. Domnuccio vel de heredibus hac proheredibus meis, sive de illis personis hominibus cui nos eas livell. nom. dederimus vel abere constituerimus et de eorumque heredibus, sint et permaneant potestatem suprascripta Eccl.

S. Reguli cum predicta casa et curte dominicata, sive cum omnibus casis et casalinis, seo rebus dominicatis et massariciis ad eadem Eccl. et ad predicta curte pertinentibus, quas nobis livell. nom. dedisti, eas abendi tenendi imperandi laborare faciendi, et nobis eas privatum nom. abendi et usufructuandi. Nisi tantum pro omne censum et justitia exinde tibi vel ad posterisque subcessoribus tuis, per singulos annos per omne mense januario, censum exinde vobis reddere debeamus hic Luca ad pars suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, per nos aut per misso nostro, vobis vel ad misso vestro, aut ad ministerialem illum, quas ibi pro tempore constitutum fuerit, aut in ipsa Eccl. S. Martini mittantur, argen. solid. decem de bon. den. expendibiles, duodecim den. per singulos solidos rationatos tantum. Et si a nos vobis hec omnia qualiter superius legitur per sing. annos taliter non adimpleverimus et non conservaverimus, sicut supra legitur, aut si suprascripta Eccl. S. Reguli cum predicta casa et curte dominicata, sive cum predictis casis et casalinis, seo rebus dominicatis et massariciis ad eadem Eccl. et curte pertinentibus quas nobis dedisti, relaxaverimus, vel si per nos pejorata fuerit: spondeo ego q. s. Domnuccio una cum heredibus hac proheredibus meis, componere tibi qui supra Teudigrimo Epis. vel ad posterisque subcessoribus tuis penam argen. libras triginta, quia taliter inter nos convenit, et duas inter nos libell. Petrum not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Domnuccio in une libell. a me facto manu mea subs.

† Ego Sigefridus judex dn. imp. subs.

† Ego Petrus judex dn. imp. subs. compl. et dedi.

DOCUMENTO MDXXVI.

*Il sudd. Vescovo allivella vari beni ad Ostrifuso vicedomino figlio della fu Ansitruda, colle rendite che gli uomini di Anchiano facevano alla cappella di S. Maria posta nella Catedrale, nell' anno sudd. 983. Arch. Arc. * H. 73.*

† In nom. S. et indiv. Trinit. Otto gratia Dei imp. aug filio b. m. itemque Ottoni imp. anno ec. sextodecimo, sexto kal julii, indit. decima (undecima). Manifestu sum ego Ostrifuso viced. qui Bonitio vocatur, filio b. m. Ansitrude que Amitia vocabatur, quia tu Teudigrimus gratia dei ec. per cartula livell. nom. ec. idest quinque petiis de terris illis pertinentes suprascr. Eccl. Epis. vestro S. Martini; quattuor ex ipsis esse videtur in loco et finibus Soborbano, que una ex ipse tenentes uno capo in via publica, alio capo tene in terra dn. regis, lato uno tenet in terra S. Johan. et alio lato tenet in terra Petri et Benedicti gg. Et ille secunda petia de terra tenentes uno capo in via publica, alio capo cum uno lato tenet in terra suprascripti Petri et Benedicti gg. et alio lato tenet in terra S. Johan. Et ille tertia petia de terra quod est orto, tenentes uno capo cum uno lato in via publica, alio capo cum uno lato in terra S. Martini. Et ille quarta petia de terra dicitur ad Osare, tenentes uno capo in suprascripto fluvio Ausare, alio capo tenet in terra que fuit qd. Adaldi, lato uno tenet in terra que fuit qd. Fraolmi, et alio lato tenet in terra que fuit qd. Benedicti. Et ille quinta petia de terra esse videtur in loco et finibus Magritula, tenentes uno capo in terra que fuit qd. Ildiberti et in via publica, et in terra Beriti, alio capo tenet in terra que fuit qd. Anselmi, et in terra S. Martini, lato uno tenet in terra similiter S. Martini, et in terra que fuit qd. Gherardi comis, lato uno tenet in terra suprascripti qd. Beriti et in terra Widi, et in terra de filii qd. Sisemundi, et alio lato tenet in terra Chuneradi que Cunitio vocatur. Has suprascriptis quinque petiis de terris qualiter ec. in integrum mihi eas livell. nom. dedisti. Seo et livell. nom. dedisti mihi, idest duo casis et rebus illis massariciis, que esse vide-

tur in loco et finibus ubi dicitur Tramonte prope Brancalo; una regitur per Johan. alia per Dominicho cum eorum consortibus, pertinentes suprascr. Eccl. Epis. vestro S. Martini; casis vero ipsis cum fundamentis et omnem edeliciis suis, seo curtisortis ec. olivis ec. omnia et in omnibus rebus quantas ubicunque ec. ad suprascriptis casis et rebus massariciis sunt pertinentibus vel aspicientibus, et suprascriptis denominatis hominibus cum suorum consortibus exinde ad manus ec. in integrum mihi eas ec. Adque et livell. nom. ec. idest omnem redditum edibitionem illam quantas sing hominibus qui sunt abitantibus in villa nuncupante Bacclano, que ad Ecclesia et Cappella vestra S. Marie, que est infra Eccl. Epis. vestro S. Martini, ab antiquitus consuetudi vel debiti sunt ad reddendum, aut in antea debiti fuerint, tam de viuum oleo simulque de qualivet movilia quantas sing. hominibus, qui sunt abitantibus in suprascr. villa, aut in antea abitantes fuerint, qui ad suprascripta Eccl. et cappella S. Marie consuetudi vel ec. in integrum mihi eas livell. nom. dedisti, cum omnis redditum et edibitionem illam quas Roctio et Alboni seo Cosfridi adque Wido cum gg. suis in loco Palmiano consuetudi vel debiti ec. aut in antea debiti fuerint, in integrum mihi eas livell. ec. Tali ordine ut da admodum in mea q. s. Ostrifuso vicedom. vel de meis hered. ac proheredib. meis, sive ad illis personis hominibus, cui nos eas livell. nom. dederimus vel abere de creverimus, et de eorumque heredibus, sint et permaneant potestatem suprascriptis casis et rebus cum predictis quinque petiis de terris et orto, cum jandictum redditum et edibitionem illam quas nobis dedisti, eas abendi tenendi ec. et predictum redditum per sing annos requirendi, et per ipsis villis ambulandi nos et personis nostris, et fa-

ciendi exinde quicquid ec. et nobis eas priv. nom. usufructuandi. Nisi tantum pro omni censum ec. tibi vel ad posterisque ec. per sing. annos per omne mense november, censum exinde vobis reddere debeamus hic Luca ad pars suprascripte Eccl. domum Epis. per nos ec. argen. solid. sex de bon. den. expend. duodecim den. ec. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego qui supra Ostrifuso viced. una cum meis ec.

componere tibi qui supra Teudigrimus Epis. ec. penam argen. solid. nongenti, quia taliter ec. et duos ec. Teupertum not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.
 † Ego Ostrifuso viced. in uc libello ec.
 † Ego Petrus not. dn. imp. subs.
 † Ego Dominicus rogatus ec.
 † Petrus iudex dn. imp. subs.
 † Ego Teupertus not. dn. imp. post traditam compl. et dedi.

DOCUMENTO MDXXVII.

Teudigrimo Vescovo allivella a Donnuccio del fu Teudimundo una corte padronale presso Capannole al di là dell' Arno, con 22. case massaricie, nell' anno sudd. 983. Arch. Arc. † M. 23.

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. Ottoni imp. anno imp. ejus sextodecimo, sexto kal. julias, indit. undecima. Manifestum sum ego Donnuccio filio b. m. Teudimundi, qui Teutio vocabatur, quia tu Teudigrimus gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ec. dedisti mihi, idest cassina et curte illa domnicata que esse videtur in loco et finibus Capannule ubi dicitur Solaria ultra fluvio Arno, pertinens Eccl. Epis. vestro S. Martini: cassina et curte domnicata vero ipsa cum fundamento ec. una cum vigintiduo inter casis et cassinis seo casalino adque sortis et rebus illis massariciis de eadem cassina et curte domnicata pertinentibus, una ex ipse regitur per Viventio, secunda per Sola . . . tertia per Petrus Spallardo, quarta per Johan. filio Lazari, quinta per Homicio de Capannule, sexta per Marinulo de Vignole, septima per Johan. et gg. suis, octava per Johan. Blanco de Culiano, nona per Dominico de Rusciana, decima per Mario de Ruscana, undecima per Bonitio de Ruscana, duodecima per Petrus da Trognana, decimatertia per Lucio da Trognana, decima quarta regere videtur per Gheritio plevano de Suillana, que est in loco Ortisciana, decimaquinta per Urso de Campillule, decimasexta regitur per Teudipaldo, que

est in loco de Robbana, decimasextima sorte dicitur ad Era que detinet Addo, decimaoctava regitur per Alprando da Petretolo, decimanona regitur per Dominico da Perignano, ventesima regitur pre Martino da Perignano, ventesimaprimum per Vitali da Laviano, ventesimasecunda regitur per Poso presb. da Lavajano. Hec autem prenominatis vigintiduo inter casis et cassinis seo casalinis seo rebus, una cum fundamentis ec. seo curtis ec. olivis ec. cultis vel ec. omnia et in omoibus ec. quantas ubique ec. ad predicta cassina et curte domnicata seo casalinis adque sortis ec. sunt pertinentibus ec. et suprascriptis denominatis hominibus exinde ad manus suarum abere videntur, mihi eas livell. nomine dedisti. Tali ordine ut da admodum, in mea vel de meis hered. sive de illis personis hominibus, cui nos eas livell. nomine dederimus, vel abere constituerimus, sint et permaneant potestatem eas abendi ec. Nisi tantum pro omni censum ec. exinde tibi vel ec. per sing. annos per omne mense . . . censum exinde vobis reddere debeamus hic civitate Luca ad pars suprascripte Eccl. Epis. vestro, per nos ec. vobis vel ec. aut a ministerialem ec. vel in ipsa Eccl. S. Martini mittantur, argen. solid. quindecim de bon. den. expend. duodecim den. per sing. solid. rationatos tan-

tum. Et si a nos vobis hec omnia ec. aut si suprascripta cassina et curte dominicata ec. relaxaverimus vel si per nos ec. spondeo ego qui supra Donnucio una cum hered. ac prohered. meis comp. tibi qui supra ec. vel ad posterisque ec. argen. solid. sexcentos, et post pena obsoluta

hunc libellum in sua permaneat firmitate, sub suprascripta pena et oblicatione, quia taliter ec. et duas ec. Teutpertum not. dn. imp. scribere ec. Actum Luca.

† Ego Donnucio in uno libello ec.

† Sigefredus iudex dn. imp. subs.

† Petrus iudex dn. imp. subs.

D O C U M E N T O MDXXVIII.

*Il suidd. Vescovo allivella al medesimo Donnuccio la Chiesa dell'Angelo in Brancoli con tutti i suoi beni, e diritti ec. nello stesso giorno ed anno. Arch. Arc. * A. 55.*

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. Ottoni imp. anno imp. ejus sextodecimo, sexto kal. julii, indit. undecima. Manifestus sum ego Teudigrimo gratia Dei ec. quia per hanc cartula livell. nom. ad censum perexolvendum dare videor tibi Donnucio filio b. m. Teudimuudi qui Teutio vocabatur, idest Eccl. illa cui vocabulum est B. S. Angeli sita loco qui dicitur a Monte prope Brancalo, pertinentes suprascr. Eccl. Epis. vestro S. Martini. Eccl. vero ipsa cum fundamento et omne edeficio suo, una cum omnibus casis et rebus ad ipsa Eccl. S. Angeli pertinentibus et edeficiis suis, seo curtis ortis terris vineis olivis ec. omnia et in omnibus casis et rebus quantas ubique ec. in integrum tibi eas livell. nomine dare videor, una cum omnis offerfionem et oblationem illam quam Dominus omnipotens in ipsa Eccl. B. Angeli donare dignatus fuerit. Tali ordinem ut da admodum in tua q. s. Donnucio vel de tuis hered. sive de illis personis hominibus cui vos eas livell. nomine dederitis et de eorumque hered. sint potestatem suprascripta Domini Eccl. cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, eas abendi tenendi ec. et vos et hominibus vestris vel cui vos eas abere constitueritis, in ipsa Eccl. S. Angeli licentiam et potestatem abeatis intrandi, et predictam offerfionem seo oblationem requi-

rendi et recliendi, seo tullendi et foras traendi, et faciendi exinde quitquit volueritis sine omni mea vel de posterisque meis contradictione vel repetitione. Nisi tantum pro omni censum ec. mihi vel a posterisque ec. per sing. annos per omne mense januario, censum exinde nobis reidere debeatis hic Luca a pars ec. per vos ec. aut in ipsa Eccl. S. Angeli mittatur argen. den. bon. expend. num. quadraginta octo tantum. Et si ad nos vobis hec omnia ec. et nos vobis suprascripta Eccl. S. Angeli cum omnibus rebus ad eas pertinentes, seo predicta offerfionem quas vobis dedi, retollerimus vel aliquid amplius vobis super imposuerimus per quolibet ingenio: spondeo ego q. s. Teudigrimo Epis. una ec. comp. tibi q. s. Donnucio vel a tuis hered. sive ad illis personis hominibus cui vos eas ec. vel ad eorum hered. penam argen. solid. quingentos, et post penam soluta hunc libello in suprascripto ordinem in suo permaneat firmitate et robore, sub suprascripta pena et oblicatio, quia taliter ec. et duos ec. Teutpertum not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Teudigrimus gratia Dei hum. Epis. qui in hunc libello a me facto subs.

† Sigefredus iudex dn. imp. subs.

† Petrus iudex dn. imp. subs.

† Ego Teutpertus iudex ec.

DOCUMENTO MDXXIX.

*Atto con cui Donnuccio riceve da Teudigrimo la Chiesa, e beni sud-
detti, dello stesso giorno ed anno. Arch. Arc. † E. 50.*

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. Ottoni imp. anno imp. ejus sextodecimo, pridie kal. augusti, indit. undecima. Manifestum sum ego Gherardo filio b. m. Chuneradi que Chunitio vocabatur, quia tu Teudigrimus gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest omnibus casis et rebus illis pertinentibus Eccl. plebis vestre, cui vocabulum est beati S. Pauli et S. Johan. Batiste, quod est plebem latismalem sita loco et finibus ubi dicitur Vajano prope Cerbaja Moccia, quam plebem ipsam esse videtur de subregimine et potestatem suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, casis vero ipsis tam domnicatis quam et massariciis, cum fundamentis et omoem edeficiis vel universis fabricis suis, seo curtis ortis terris vineis olivis silvis virgareis pratis pascuis cultis rebus vel incultis, omnia et in omnibus rebus tam domnicatis quam et massariciis, quantas ubique in quolibet locis vel vocabulis ad suprascriptam S. plebem sunt pertinentes vel adspicientibus in integrum, mihi eas livell. nomine dedisti. Item et livell. nomine dedisti mihi, idest omnem retditum edibitionem illa, quantas singulis hominibus ad pars suprascripte Eccl. plebis vestre S. Pauli, et S. Johan. Batiste in quacumque villis abitantes sunt aut fuerint ad retdendum, tam de vinum labore oleo feum linum, simulque de bestiis, aut de qualibet

frugibus terre que dici aut nominare possumus, que ad pars jam fate Eccl. plebis vestre consuetudi vel debitis ad retdendum, aut in antea debiti fuerint; jam dictum retditum edibitionem singulis quibusque anni consuetudi vel debitis ad retdendum, aut in antea fuerint, in integrum mihi eas livell. nomine dedisti. Sic tamen licentiam et potestatem abeas ego q. s. Gherardo vel meis heredes, sive omnibus nostris in ipsa S. plebem intrandi, et nostra movilia mittendi, et illa que ibi invenerimus cum omnis offerionem et oblationem quas ibi Dominus donare dignatus fuerit tollendi, et foras traendi, et faciendi exinde quicquid voluerimus, et nobis eas privato nomine abendi et usufructuandi. Tali ordinem ut da admodum in mea q. s. Gherardo vel de meis hered. sint potestatem omnibus suprascriptis casis et rebus ipsius Eccl. plebis pertinentibus, seu et predictum retditum edibitionem seo offerionem et oblationem quas nobis dedisti, eas abendi tenendi imperandi, laborare faciendi, et nobis eas privatum nom. abendi et usufructuandi, et faciendi exinde ex frugibus earum rerum vel censum, quibus exinde annue Dominus dederit, quicquid volueritis, et predictum retditum ediditionem quas nobis dedisti, per sing. annos requirendi et recoleandi et nobis eas privatum nomine usufructuandi. Nisi tantum pro omni censum et justitia exinde tibi vel ad posterisque success. tuis, per sing. annos per

omne mense magio censum exinde vobis retdere debeamus hic Luca ad pars suprascripte Eccl. plebis vestre, per nos aut per misso nostro, vobis vel ad misso vestro aut ad ministerialem illum, quas in suprascripto domum Epis. vestro pro tempore abueritis, argen. solid. quindecim, de bon. den. expend. duodecim den. per sing. solid. rationatos tantum. Et si a nos vobis ec omnia qualiter ec. spondeo ego qui supra Gherardus una cum meis hered. comp. tibi q. s. Tendigrimus Epis. vel ad posterisque success. tuis penam argentum

solid. quatuorcentum, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos libelli Teuper-tum not. et iudex dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Gherardo in hoc libell. a me facto subs.

† Ego Ildebrandus not. dn. imp. rogatus teste subs.

† Ego Petrus iudex dn. imp. subs.

† Ego Benedicto rogatus ec.

† Ego Teuperus not. et iudex dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDLVII.

*Cristiano della fu Canigonda, riceve a livello da Teodigrimo Vescovo sei pezzi di terra nel luogo Freddana, colle decime degli abitanti di Pinocclo, Ceruliano, e Saltucelo, nell'anno sudd. 983. Arch. Arc. * M. 19.*

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. angusto, filio b. m. Ottoni imp. anno imp. ejus sextodecimo, kal. augusti, indit. undecima. Manifestu sum ego Cristiano que Bonitio vocatur filio b. m. Chunicunde, quia tu Teudigrimus gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest sex petiis de terris illis que esse videtur in loco et finibus Fridana, pertinentes suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, que una ex ipse petia de terra tenentes uno capo in suprascripta Fredana, alio capo tenet in via publica, lato uno tenet in terra S. Martini, et alio lato tenet in terra Cosfridi de Versiciano: et ille secunda petia de terra in ipso loco tenentes uno capo cum uno lato in terra et silva dn. reg. et alio capo tenet in via publica, et alio lato tenet in terra suprascripti Cosfridi de Versiciano: et ille tertia petia de terra tenentes uno capo cum uno lato in terra et silva dn. regis, alio capo tenet in terra que dicitur Vaccaricia, et alio lato tenet in via publica: et ille quarta petia de terra dicitur Coterotio, tenentes uno capo in via publica, alio capo tenet in rivo Fridana, lato uno tenet in terra suprascripti S. Martini, et alio lato tenet in terra Andree et de consortibus suis filio b. m. Gonde: et ille quinta petia de terra dicitur a Curtina,

Bansocc. Tom. V. Par. III.

tenentes uno capo in via publica, alio capo tenet in suprascripto rivo Fridana, lato uno tenet in terra S. Tomei Apostoli: et ille sexta petia de terra dicitur via Petrosa, tenentes uno capo in predicto rivo Fridana, alio capo tenet in terra et silva dn. regis, lato uno tenet in terra Fraolmi vicecomis, et alio lato tenet in terra que fuit qd. Tassili. Has suprascriptis sex petiis de terris, qualiter, ab omnis parte circumdate sunt per designatas locas, in integram mihi eas livell. nomine dedisti. Seo et livell. nomine dedisti mihi, idest omnem retditum edibitionem illam, quas singulis hominibus, qui sunt abitantibus in villis illis nuncupante Pinocclo et Ceruliano, seo in Saltucelo, adque in antea in ipsis villis abitantes fuerint, consuetudi vel debiti sunt retdendi, aut fuerint jam dictum retditum edibitionem, quas singulis hominibus sunt abitantibus in suprascriptis villis Pinocclo Ceruliano, seo Saltucelo, adque in antea in ipsis villis abitantes fuerint, consuetudi vel debiti sunt retdendi aut fuerint de ipsis villis, ad pars Eccl. plebis vestre S. Marie et S. Johan. Batiste sita loco Sexto, et ad Eccl. S. Geminiani sita loco Saltucelo, tam vinum labore bestiis argentum drappos, aut quolibet frugibus terre, cum omnem offerionem et oblationem illam quas in ipsa Eccl. S. Geminiani

56

annualiter Dominus donare dignatus fuerit: jam dictum redditum edibitionem seu offerfionem qualiter supra legitur, in integrum mihi eas livell. nomine dedisti. Tali ordine ut da admodum in mea q. s. Cristiano vel de meis hered. sint potestatem suprascr. sex petiis de terris cum predictum redditum edibitionem seu offerfionem adque oblationem quas mihi dedisti, eas abendi tenendi ec. et predictum redditum edibitionem requirendi et reoliendi, et nobis eas privatam nomine usufructuandi, et in ipsa Eccl. S. Geminiani nos et hered. nostris licentiam abeamus intrandi, et omnis offerfionem et oblationem quas ivi inveniimus tollendi et foras traendi, et faciendi exinde quicquid voluerimus asque omni calomniam. Nisi tantum pro omni censum et justitia exinde tibi vel ad posterisque success. tuis, per sing. annos per

omne mense november, censum exinde vobis reddere debeamus hic Luca civitate ad pars suprascripte Eccl. Epis. vestro, per nos ec. argen. den. bon. expend. numero sexaginta tantum. Et si a nos vobis hec omnia qualiter ec. spondeo ego qui supra Cristiano una cum meis hered. comp. tibi qui supra Teudigrimus Epis. vel ad posterisque ec. penam argen. solid. centum, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos libelli Teutpertum not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

Signum † ms. Christiani qui hunc libellum fieri rogavit.

† Petrus judex dn. imp. subs.

† Sigifredus judex dn. imp. subs.

† Petrus not. dn. imp. rogatus subs.

† Ego Benedicto rogatus ec.

† Ego Teutpertus not. dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDLVIII.

Teudigrimo Vescovo allivella a Fraolmi visconte figlio del su Fraolmi la metà di due case massaricie della pieve di S. Cristina di Massa, colle decime tutte delle ville sottoposte, nell'anno sudd. 983. Arch. Arc. †† B. 38.

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. itemque Ottoni imp. anno imp. ejus sextodecimo, quartum nonas augusti, indit. undecima. Manifestu sum ego Fraolmi vicecomis filio b. m. item Fraolmi, quis tu Teudigrimus gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ec. idest medietatem ex integram de duo casis et rebus illis massariciis, que esse videtur in loco et finibus Massa prope Monte pisano, pertinentes Eccl. plebis vestre S. Cristine et S. Johan. Batiate quod est plebis ec. sito in eodem loco Massa, quas ipse Eccl. plebis ec. esse videtur de suppotestate ec. De casis vero ipsis cum fundamentis et omnem edeficiis suis, seu de curtis ortis ec. de omnia et ex omnibus rebus tam domnicatis quam ec. quantas ubique in qualibet locis ad suprascriptam S. plebem, et ad suprascriptis casis et rebus sunt pertinentibus, vel aspicientibus, ut dictum est, medietatem exinde ex integra mihi eas ec. Sive et livell. nom.

dedisti mihi, idest medietatem exintegrum de omnem redditum edibitionem illam, quas singulis hominibus, qui sunt habitantibus in villis illis, nuncupante Vaccule, Massa, Caprile, Acqua bona, Amiate, Scloto, vel in aliis villis habitantes ec. singulis quibusque anni ad pars suprascripte Eccl. plebis vestre S. Cristine ec. consuetudi vel debiti sunt ad reddendum, aut in antea ec. tam de labore vinum, simulque de bestiis, vel de qualibet frugibus terre, vel de qualibet movilia; jam dictum redditum edibitionem, quantas ec. ut dictum est, medietatem exinde ex integra mihi eas livell. nomine dedisti. Tali ordine ut da admodum in mea q. s. Fraolmi vicecomis vel de meis hered. sint potestatem suprascriptam medietatem de omnibus suprascr. casis et rebus seu moviliis, seu predictum redditum et edibitionem suprascr. plebis pertinentibus, aut in antea ec. eas abendi ec. et faciamus ex frugibus earum rerum quibus exinde Dominus dederit, quot volueri-

mus; et dictum redditum ec. per sing. annos requirendi et recoliendi ec. Nisi tantum ec. exinde tibi vel a posterisque ec. per sing. annos per omne mense magio censum vobis reidere debemus hic Luca, ad pars suprascripte Eccl. domui Epis. vestro S. Martini, per nos aut ec. vobis vel ec. aut a ministerialem illum ec. argen. solid. decem de bon. den. ec. duodecim den. per sing. solid. racionatos tantum. Et si a nos vobis hec

omnia qualiter ec. spondeo ego q. a. Fraolmi ec. comp. tibi ec. penam argen. libras viginti, quia taliter ec. et duas ec. Petrum not. dn. imp. scribere ec. Actum Luca.
 † Ego Fraolmi vicecomis in une libello ec.
 † Gherardus iudex dn. imp. subs.
 † Petrus iudex dn. imp. subs.
 † Johannes iudex dn. imp. subs.
 † Petrus not. dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDLIX.

Il sudd. Vescovo cambia con Ostrifuso vicedomino alcuni beni presso la città con altri in Sorbano, Pieve S. Paulo, e Scragio, nell'anno sudd. 983. Arch. Arc. AE. 87.

† Exemplar. In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. itemque Ottoni imp. anno imp. ejus sextodecimo, tertium nonas augusti, indit. undecima. Manifestu sum ego Teudigrimus gratia Dei ec. quia convenit mihi una tecum Ostrifuso vicedomino, que Bonio vocatur filio b. m. Ansitrude, que Anutia vocabatur, ut inter nos de aliquantis rebus comutationem facere deberemus, sicut et factum est. Proinde ego q. a. Teudigrimo Epis. per hanc cartulam in comutationem dare et tradere videor tibi q. a. Ostrifuso vicedomino de pars suprascripte Eccl. Epis. nostro S. Martini, idest duo petiis de terris illis que esse videtur foras civitate ista lucense prope Eccl. S. Cholumbani, et prope muro istius civitatis, pertinentes suprascripte Eccl. Epis. nostro S. Martini; que una ex ipse petia de terra cum cassina super se abentes, seo curte et orto totas insimul comprehensa, tenentes uno capo cum uno lato in terra et orto suprascripte Eccl. Epis. nostro S. Martini, quas tibi per hanc comutat. cartula minime dare videor, et alio capo tenet in terra quas tibi subter per anc comutat. cartula dare videor, et alio capo tenet in via publica, quod est per mensura ad justa pertica mensuratas sistar. decem et octo. . . petia de terra in eodem loco tenentes uno capo de suprascripta terra et orto, quas tibi supra dedi. . . tenet in terra Petri filio b. m. Teudi,

lato uno tenet in via publica, et alio lato tenet in terra suprascr. Eccl. Epis. nostro S. Martini, quas tibi per anc comutationis cartula minime dare videor, quod est per mensura ad justa pertica mensuratas sist. viginti. Has suprascr. duo petiis de terris, que una ex ipse cum cassina super se abentes, cum fundamento et omnem edeficio suo, seu curte orto qualiter supra circumdate sunt per designatas locas, et qualiter supra mensura legitur, una cum inferioribus et superioribus suis, seo cum accessio-nibus et ingressoras suas tibi eas in comutationem dare et tradere videor, de pars suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini. Pro suprascriptis petiis de terris quas tibi in comutat. dedi, recepi ad te in comutat. ad pars prefate Eccl. nostre S. Martini, idest . . . tiis de terris illis tuis quam abis, una ex ipse quod est orto cum cassinis super se abentes, foras civitate ista lucense ubi dicitur Subgragio prope muro istius civitatis, tenentes uno capo in terra et orto Liut. . . germ. tuo, et alio capo tenet in terra predictae Eccl. Epis. nostro S. Martini, lato uno tenet in terra et orto. . . et alio lato tenet in terra et orto prefate Eccl. Epis. nostro S. Martini, quod est per mensura ad juxta pertica mensuratas sist. sex: et ille secunda petia de terra esse videtur in loco et finibus inter ambas vias, tenentes uno capo in terra predictae Eccl. Epis. nostro, et in aliquantulo in terra su-

prascripti Petri, et alio capo tenet in terra suprascripti germano tuo, lato uno tenet in via publica, et alio lato tenet in terra Flaiperti; quod est per mensura ad justa pertica mensuratas mod. duo. Et ille tertia petia de terra esse videtur in loco et finibus Suborbano, tenentes uno capo in terra S. Johan. et alio capo tenet in terra tua quas tibi reservasti, lato uno tenet in terra Leoni judex in terra que fuit via et classo, quod est per mensura, ad juxta pertica mensuratas sist. decem et octo. Et ille quarta petia de terra esse videtur in loco et finibus Trintula, tenentes uno capo in terra S. Margharite, et alio capo tenet in terra Ropaldi, lato uno tenet in terra que fuit qd. Lei, et in terra Domini et Salvatoris, et alio lato tenet in terra Ursi, quod est per mensura ad juxta pertica mensuratas sist. viginti. Has suprascripti quatuor petiis de terris, que una ex ipse esse videtur orto cum cassina super se abentes, qualiter ab omnis parte circumdate sunt per designatas locas, et qualiter supra per....petia de terra et orto mensura legitur in integrum, qua cum inferioribus et superioribus suis, seu cum accessionibus et ingressoras suas, ad te eas in comutationem recepi ad pars predictae Eccl. Epis. nostro S. Martini. Ubi et super hanc comutat. secundum legem ego q. s. Teudigrimus Epis. direxit missos meos. Hi sunt nomina eorum: Petrus judex dn. imp. filio b. m. Johan. qui fuit similiter judex dn. regi, et Benedicto filio b. m. Johan. seo Ugo filio..... qui ambulaverunt, et previderunt, seo extimaverunt, adque renunciaverunt qualiter meliorata comutationem. . . . jam dicte Eccl. Epis. nostro S. Martini, quam dedisse, ut magis omni tempore anc comutat. firmam et stabilem permaneat semper. Unde repromitto ego q. s. Teudigrimo Epis. una cum posterisque success. meis tibi q. s. Ostrifuso vicedomino vel ad tuis hered. aut eidem homini cui vos suprascr. petiis de terris, una ex ipse esse videtur orto. . . super se abentes, seu curte insimul comprehensa, quas tibi in comutationem dedi,

dederitis vel abere decreveritis . . . vobis eas aliquando tempore in aliquod exinde intentionaverimus aut retolli vel subtragi quesierimus. . . . nos eas dedissemus aut dederimus per quolibet ingenio. Et si nos exinde autores dare volueritis, et vobis eas ab omni homines defendere non potuerimus: spondeo ego q. s. Teudigrimus Epis. una cum posterisque subcess. meis vicedomino vel ad tuis hered. aut eidem homini cui vos suprascriptis petiis de terris, una ex ipse esse videtur cum cassina et cum quas tibi in comutat. dedi, dederitis vel abere decreveritis; jam dictis petiis de terris, que una ex ipse esse videtur curte infra se abentes, quas tibi in comutat. dedi, in duplum infer quidem loco sub extimationem quales tunc fuerint exinde autores nec defensores querere nec dare volueritis, licentiam abeatis asque nostra persona, si vestra fuerit voluntas, exinde. agendi, responsum reddendi, finem ponendi, modis omnibus vobis eas defensandi cum cartula ista comutationis cartula vel qualiter justa legem melius potueritis, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos comutat. cartule imp. scribere rogavimus. Actum in Luca.

- † Ego Teudigrimus gratia Dei hum. Epis. in hac comutat. cartula a me facta subs.
- † Ego Petrus judex dn. imp. sicut de me supra legitur missus fui.
- † Ego Benedicto sicut de me ec.
- † Ego Ugo sicut de me ec.
- † Petrus judex dn. imp. subs.
- † Ego Dominicho rogatus teste subs.
- † Teutpertus judex dn. imp. subs.
- † Teutpertus judex dn. imp. subs.
- † Petrus not. dn. imp. post traditam complevi et dedi.
- † Ego Inghifridi not. dn. imp. autentico illo fideliter exemplavi.
- † Ego Johannes judex dn. imp. autentico illo vidi et legi, unde hoc exemplar factum est, et hic subs.
- † Raineri not. dn. imp. autentico illo ec.
- † Petrus not. dn. imp. autentico illo ec.

DOCUMENTO MDLX.

*Il sudd. Vescovo allivella a Sisemundo del fu Chunerado due case massaricie della pieve di S. Cristina di Massa, colle decime tutte delle ville a detta pieve sottoposte sette giorni dopo che aveale allivellate a Fraolmi visconte. Arch. Arc. * G. 63.*

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. Ottoni imp. anno imp. ejus sextodecimo, septimo idus augusti, indit. undecima. Manifestum ego Sisemundo filio b. m. Chuneradi, qui Chunitio vocabatur, quia tu Teudigrimus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest duo casis et rebus illis massariciis, que esse videtur in loco et finibus Massa prope Eccl. S. Johan. Batiste et S. Cristine, quod est plebis batismalis sita in eodem loco Massa prope Aqua buona, quem plebem ipsa esse videtur de subregimine ec. Eccl. Epis. vestro S. Martini; que una ex ipse casa et res regitur per Leoperto massario, secunda per Andreas cum omnibus casis et rebus illis pertinentibus ipsius plebis vestre. Casis vero ipsis tam dominicatis, quam et massariciis cum suprascr. duo casis et rebus massariciis, qualiter suprascripti massarii ad manus suorum abere videtur, cum fundamentis vel universis fabricis suis, seo curtis ortis ec. olivis ec. cum movilibus et inmovilibus omnia et in omnibus rebus, quantas ubique ec. ad suprascr. casis et rebus tam massariciis quam dominicatis ad ipsam S. plebem sunt pertinentibus vel aspicientibus, in integrum mihi eas livell. nomine dedisti. Seu et livell. nom. dedisti mihi, idest omnem redditum edibitionem illam, quas sing. hominibus qui sunt abitantibus in villis, que nuncupantur Massa, Caprile, Vaccule, Aquabona, Seletto, Agello, Fossule, Amiate vel que in aliis villis abitates sunt aut esse videntur, quem ad pars ipsius S. plebis vestre sunt consuetudi reddendi, tam oleo vinum annona argen. bestis, aut ex frugibus terre, quacunque movilia que dici aut nominari possumus, in integrum mihi eas ec. Tali ordinem ut da admodum in mea qui supra

Sisemundo vel de meis hered. sint et permaneant potestatem omnibus suprascr. casis et rebus tam dominicatis quam ec. abendi tenendi ec. et predictum redditum edibitionem quem omnibus illis, qui sunt abitantibus in jam dictis villis, vel in aliis villis abitates fuerint, qui ad pars jam dicte Eccl. plebis ec. consuetudi vel ec. reddendi aut fuerint, in mea vel de meis heredes sint potestatem eas abendi requirendi seo recolendi, et faciendi exinde ex frugibus earum rerum vel censum quicquid exinde Dominus omnip. annualiter a pars ipsius S. plebis donare dignatus fuerit, quicquid nobis placuerit. Sic tamen licentiam et potestatem ab eas ego qui supra Sisemundo et hered. meis, seo hominibus nostris, in ipsa S. plebem introire, et suprascriptam movilias intus mittere et foras trare, et facere exinde de ipsa movilias quicquid nobis placuerit sine omni tua et successorum tuorum contradictionem vel repetitionem. Nisi tantum pro omni censum ec. tibi vel ad posterisque ec. sing. quibusque annis per omne mense magio ad pars suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, reddere debeamus ad suprascripto domum Epis. vestro, per nos aut ec. vobis vel ec. aut ad ministerialem ec. argen. solid. viginti de bon. den. expend. duodecim den. per sing. solid. ec. Et si a nos vobis hec omnia qualiter ec. spondeo ego q. s. Sisemundo una ec. comp. tibi q. s. Teudigrimus Epis. vel ad posterisque ec. penam argen. solid. octingentos, quis taliter ec. et duos ec. Ildebrandum not. dn. imp. scribere rog. Actum Luca.

† Ego Sisemundo in uoc ec.

† Johannes not. dn. imp. rogatus ec.

† Witternus not. dn. imp. rogatus ec.

† Petrus judex dn. imp. subs.

† Ildebrandus not. dn. imp. post tradit. ec.

DOCUMENTO MDLXI.

*Il sudd. Vescovo allivella al nominato Sisemundo da cui discendono i Signori di Montemagno, tutti i beni della pieve di S. Stefano di Villora, Chiesa e pieve ora distrutta, con tutte le decime delle ville sottoposte, nell'anno sudd. 983. Arch. Arc. * F. 77.*

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. itemque Ottoni imp. anno imp. ejus sextodecimo, septimo idus augusti, indit. undecima. Manifestu sum ego Sisemundo filio b. m. Chuneradi, qui Chunitio vocabatur, quia tu Teudigrimus gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ec. idest omnibus casis et rebus seo terris tam domnicatis quam et massariciis, cum fundamentis, et omnem edeficiis vel universis fabricis suis, que sunt pertinentibus Eccl. plebis vestre S. Stefani et S. Johan. Batiste, quod est plebem ec. sito loco et finibus Villa, quam plebem ipsam esse videtur de subregimine ec. Epis. vestro S. Martini. Casis vero ipsis tam domnicatis quam et massariciis cum fundamentis ec. seo curtis ortis ec. olivis silvis ec. omnia et ex omnibus rebus tam domnicatis quam ec. quantas ubique ec. ad suprascripta S. plebem sunt pertinentibus, in integrum mihi eas ec. Seo et livell. nomine dedisti mihi, idest omnem redditum edibitionem illam quantas sing. hominibus qui sunt abitantibus in villis, qui dicitur *Paganico, Colugnula, Colline, Vinelia, Carpeto, Vivajo, Colle, Tillo, Cumpito, Vico* qui dicitur ad *S. Augustino, Faeto, Massa macinaria*, singulis quibusque anni ipsius Eccl. plebis vestre S. Stefani et S. Johan. Batiste consustudi sunt aut fuerint ad retendum, tam de vino, quam et de labore simulque de bestiis, aut de qualibet frugibus terre vel qualivet movilia. Jam dictum redditum seo debitum edibitionem, quantas singulis hominibus qui sunt abitantibus in prefatis

villis, aut in antea ec. singulis quibusque annis ipsius Eccl. plebis vestre, seo titulis et *cappellis* cum omni eorum pertinentiis et adiacentiis subjectis ipsius Eccl. ec. in integrum mihi eas livell. nomine dedisti. Tali ordinem ut da admodum in mea q. s. Sisemundo vel de meis hered. sint ec. suprascriptis casis et rebus seo terris domnicatis et massariciis, quas nobis dedisti, eas abendi ec. et nobis eas privato nom. usufructuandi; et jam dictum redditum, seo debitum quas nobis dedisti, requirendi et recliendi, et nobis eas privato nom. abendi et usufructuandi, et faciendi exinde quicquit nobis autilitas fuerit. Nisi tantum ec. exinde tibi vel ad posterisque ec. ad pars suprascripte Eccl. plebis per sing. annos per omne mense *magio*, censum vobis reddere debeamus ad suprascripta Eccl. domum Epis. vestro S. Martini, per nos ec. vobis vel ec. argen. solid. viginti de bonos den. expend. duodecim den. per singulos solid. rationatos tantum. Et si a nos vobis hec omnia qualiter ec. spondeo ego q. s. Sisemundo una cum ec. comp. tibi q. s. Teudigrimus Epia. vel ad posterisque ec. penam arg. solid. sexcentos, quia taliter ec. et duos ec. Petrum not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Sisemundo in unc libello a me facto subs.

† Ego Johan. not. dn. imp. rogatus teste subs.

† Witternus not. dn. imp. rogatus ec.

† Petrus judex dn. imp. subs.

† Petrus not. dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDLXII.

Il sudd. Vescovo allivella a Rodolfo del fu Teuperto due porzioni di due case in Arena, con due porzioni della Chiesa di S. Pietro di detto luogo, e di S. Ponziano di Urbanule, e cinque case nel territorio di Populonia, nell' anno sudd. 983. Arch. Arc. † D. 24.

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratis Dei imp. angusto, filio b. m. Ottoni imp. anno imp. ejus sextodecimo, pridie idus augusti, indit. undecima. Manifestus sum ego Rodolfo filio b. m. Teuperti, quia tu Teudigrimus gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ad censum percolvendum dediasti mihi, idest duas portionis ex integram de duo cassinis que esse videntur in loco et finibus ubi dicitur Arena, una recta esse videtur per Beritio et suis germanis, secunda per Venerando massario, cum duas portionis de Eccl. illa cui vocabulum est beati S. Petri, que est edificata in terra que pertinet de suprascriptis cassinis; quas hec predictis cassinis et rebus massariciis pertinentibus suprascr. Eccl. Epis. vestro S. Martini. De cassinis et rebus massariciis vero ipsis cum fundamentis et omnem edeficiis vel universis fabricis suis, seo de curtis ortis terris, vineis olivetis silvis virgareis pratis pascuis, cultis rebus vel incultis, de omnia et in omnibus rebus quantas ubique in quolibet locis vel vocabulis ad suprascriptis cassinis et rebus massariciis est pertinentibus vel adspicientibus, et suprascr. denominatis hominibus exinde ad manus suorum abere et detinere videtur, ut dictum est, duas portionis exinde exintegram, cum duas portionis de predicta Eccl. mihi eas livell. nomine dediasti. Cum duas portionis ex integram de Eccl. illa cui vocabulum est beati S. Puntiani sito loco Urbanula, pertinentes suprascripte Eccl. Epis. vestro. De Eccl. vero illa cum duo portionis de omnibus terris ad eas pertinentibus, ut dictum est, duas portionis exinde ex integra mihi eas livell. nom. dediasti. Seo et livell. nom. dediasti mihi, idest duas portionis ex integram de una petia de terra illa quod est orto, foras civitate ista lucense prope Eccl. S. Fridiani, pertinentes suprascr. Eccl. S.

Fridiani, tenentes uno capo in via publica alio capo tenet in terra ipsius Eccl. S. Fridiani, lato uno tenet in terra que fuit qd. Constantini qui Bonitio vocabatur, et alio lato tenet in flavio Auserclo, et in aliquantulo qui fuit qd. Luniperti. De has suprascr. petia de terra quod est orto, qualiter circumdata est per designatas locas, ut dictum est, duo portionis exinde ex integra mihi eas livell. nom. dediasti. Quidem et livell. nom. dediasti mihi, idest quinque inter casis et cassinis, seo casalinis adque rebus illis pertinentes Eccl. vestre S. Reguli, que est fundata infra chomitato et territorio popoloniense, una ex ipse dicitur Burriano que regitur per Vicignulo, quattuor ex ipsis dicitur Paterno, una regitur per suprascripto Vicignulo, secunda per Bonucio, tertia per Petrus, quarta per Gustantio massario. Hec autem prenomminatis quinque inter casis et casalinis adque rebus massariciis, cum fundamentis et omnem edeficiis vel universis fabricis suis, seo curtis ortis terris vineis olivis silvis virgareis pratis pascuis, cultis rebus vel incultis, omnia et in omnibus quantas ubique in quolibet locis vel vocabulis ad suprascriptis casis et cassinis, seo casalinis seo rebus est pertinentibus vel aspicientibus, et suprascriptis denominatis hominibus exinde ad manus suorum abere et detinere videtur, in integram mihi eas livell. nomine dediasti Tali ordinem ut da admodum in mea q. s. Rodolfo vel de meis hered. sint potestatem suprascripte duo portionis de predictis casis et cassinis sive Ecclesiis, sive de predicta petia de terra quod est orto, et predictis casis et rebus massariciis, quas mihi supra livell. nomine dediasti, eas abendi tenendi imperandi laborare faciendi meliorandi, et nobis eas privatam nomine usufructuandi. Nisi tantum pro omni censum et justitia exinde tibi vel ad posterisque success. tuis ad pars

suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, per sing. annos per omnem mense magio, censum exinde vobis retdere debeamus ad suprascripta Eccl. Epis. vestro, per nos aut aut per misso nostro, vobis vel ad misso vestro, aut a ministerialem illum quas ibi pro tempore constitutum fuerit, argentum solid. . . . de bonos den. expend. duodecim den. per sing. solid. racionatos tantum. Et si a nos vobis hec omnia qualiter ec. spondeo ego q. s. Rodolfo una cum meis hered. componere tibi q. s. Teudigrimus Epis. vel ad posterisque success.

grimus Epis. vel ad posterisque success. tais penam argen. solid. tricentos, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos libelli Petrum not. dn. imp scribere rogavimus. Actum Luca.

Signum † ms. Rodolfi qui hunc libellum fieri rogavit.

† Ego Benedicto rogatus teste subs.

† Ego Petrus iudex dn. imp. subs.

† Ego Johannes iudex dn. imp. subs.

† . . . iudex dn imp. subs.

† Ego Petrus uot. dn. imp. post tradit. ec.

DOCUMENTO MDLXIII.

Il sudd. Vescovo allivella allo stesso Rodolfo, da cui discendono i Signori di Rifafatta, la metà di tutti i beni e decime della pieve di S. Martino di Flesso, ossia Montuolo, nel giorno ed anno sudd. Arch. Arc. † P. 17.

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. itemque Ottoni imp. anno imp. ejus sextodecimo, pridie idus augusti, indit. undecima. Manifesto sum ego Rodolfo filio b. m. Teuperti, quia tu Teudigrimus gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ad censum ec. idest medietatem ex integrum de omnibus casis seo rebus tam domnicatis quam et massariciis, qui sunt pertinentibus Eccl. plebis vestre, cui vocabulum est S. Martini et S. Johan. Batiste sita loco ubi dicitur Flexo, quam plebem ipsa esse videtur de subregimine ec. De casis et terris seo rebus ipsis tam domnicatis ec. cum fundamentis ec. seo de curtis ec. olivetis ec. cultis rebus ec. de omnia et ex omnibus rebus quantas ubique ec. ad jam dicta Eccl. plebem vestram sunt pertinentibus vel aspicientibus, ut dictum est, medietatem exinde ex integra una cum omni beneficio qui de ipsa S. plebem Johan. presb. ad manus suas detinet: sive cum medietatem de pensione seo censum que de Eccl. S. Georgi sito loco Vicopelago persing. annos reddiderit, in integrum mihi eas livell. nom. dedisti. Sive livell. nomine dedisti mihi, idest medietatem exintegra de omnem redditum ec. quantas singulis hominibus, qui sunt abitantibus in villis illis, quem dicitur Flexo, Cella summa, Siteriano, Ripa, Nave

Eribrandi, Amiate, Dardatico singulis quibusque annis ipsius Eccl. plebis vestre consuetudi ec. tam de labore vinum simulque de bestiis, aut de qualibet frugibus terre, vel de qualibet movilia ec. ut dictum est, medietatem exinde exintegram mihi eas ec. Tali ordine, ut da admodum in mea, q. s. Rodolfo vel de meis hered. sint potestatem ec. eas habendi ec. et nobis eas privato nomine usufructuandi; et jam dictum redditum ec. per sing. annos requirendi ec. Nisi tantum pro omni censum ec. exinde tibi, vel ad posterisque ec. ad pars suprascripte Eccl. plebis vestre, per sing. annos per omne mense magio censum exinde vobis reddere ec. a suprascripta Eccl. domum Epis. per nos ec. vobis ec. aut ad ministerialem ec. argen. solid. septe de bon. den. expend. duodecim den. ec. Et si a nos vobis hec omnia qualiter ec. spondeo ego q. s. Rodolfo una ec. componere tibi q. s. Teudigrimus Epis. vel ad posterisque ec. penam argen. solid. tricentos, quia taliter ec. et duos ec. Petrum not. dn. imp. scribere ec. Actum Luca.

Signum † ms. Rodolfi, qui hunc ec.

† Ego Benedicto rogatus ec.

† Petrus iudex dn. imp. subs.

† Johannes iudex ec.

† Teutpaldus iudex ec.

† Ego Petrus not. dn. imp. post tradit. ec.

DOCUMENTO MDLXIV.

Il sudd. Teudigrimo Vescovo allivella a Willelmo del fu Willelmo dei Signori di Saminiato la pieve di S. Maria di Atriana, colle decime di Crespina, Lari, Perignano ed altre ville sottoposte, nell'anno sudd. 983. Arch. Arc. † G. 13.

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. Ottoni imp. anno imp. ejus sextodecimo, septimo decimo kal. septembris, indic. undecima. Manifesto sum ego Willelmo filio b. m. item Willelmi, quia tu Teudigrimus gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest Eccl. et plebem illam cui vocabulum est beate S. Marie et S. Johan. quod est plebem baptismalis, sito locho et finibus ubi dicitur Atriana, una cum omnibus casis et curtis seo rebus domnicatis, quas ad eandem Eccl. vestra beate S. Marie, et beati S. Joh. quod est plebem baptismalis, sunt pertinentibus, que sunt pertinentes de (sic) sub regimine et potestatem de suprascr. Epis. vestri S. Martini, Eccl. quod est plebem baptismalis, cum omnibus predictis casis et curtis, seo domnicatis et massariciis ad eandem pertinentibus vero ipsis, cum fundamentis et omnem edeficiis vel universis fabricis suarum, seo curtis ortalia terris vineis olivis silvis virgareis pratis pascuis, cultis rebus vel incultis, omnia et ex omnibus rebus quantum ubique in quolibet locis vel vocabulis ad suprascripta Eccl. Dei, et beate S. Marie, et S. Joh. quod est plebem baptismalis, sunt pertinentibus vel adspicientibus, in integrum mihi eas livell. nom. dedisti. Seo et livell. nom. dedisti mihi, idest omne reddito et debitionem illa, quas singulis hominibus qui sunt abitantibus in villis illis qui dicitur predicto Atriano, Perignano, Lilliano, Lavajano, Purciano, Curtanecco, Lari, Valle Occuli, Luciano, Carpineto, Crespina abitantibus sunt, aut alibit abitantes fuerint, ad recolendum tam labore quam et vinum, simulque bestiis, tam aurum quam et argentum, aut de qualibet frugibus terre, quas Deus annualiter dignatus fuerit donare: jam

BARSOCC. TOM. V. PAR. III.

dicto reddicto et dibitionem quantas singulis hominibus qui sunt abitantibus in predictis villis, adque in antea ibidem abitantes fuerint, vel alibit abitantibus singulis quibusque annis ipsius Eccl. plebis vestre consuetudi vel debiti sunt ad reddendum, adque in antea debitis fuerint, ut dictum est, jam dicto reddicto et debitionem quas singulis hominibus debiti sunt ad reddendum, atque in antea debitis fuerint, in integrum mihi eas livell. nom. dedisti. Tali ordinem ut da admodum in mea q. s. Willelmo et de meis hered. sint permaneant potestatem suprascriptam S. plebem et suprascriptis casis et rebus tam domnicatis quam et massariciis, seo jam dicto reddicto et debitionem abendi tenendi reccoliendi imperandi gubernandi laborare faciendi seo meliorandi, et nobis eas privatum nomine usufructuandi. Nisi tantum pro omni censum et justitia exinde tibi vel ad posterisque success. tuis, per sing. annos per omne mense julio, censum vobis reddere debeamus ad pars suprascr. Eccl. Epis. vestro S. Martini, per nos aut per misso nostro, vobis vel ad misso vestro, aut ad ministerialem illum quas ibi pro tempore abueritis, argen. solid. septem et demidio de bonos denarios expendibiles, duodecim denarios per sing. solid. ratiornatos, quale in die illa in civitate Luca caput bene fueris expendibiles tantum. Et si a nos vobis ec omnia qualiter ec. spondeo ego qui supra Willelmo una cum meis hered. comp. tibi q. s. Teudigrimus Epis. vel ad posterisque successoribus tuis penam argen. solid. tricentos, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos libelli Rodulfo not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum in castello, qui dicitur S. Maria ad Monte. Signum † ms. Willelmi qui unc libello fieri rogavit.

† Bonnitio iudex dn. imp. subs.
 † Ego Petrus rogatus teste subs.
 † Witternus not. dn. imp. rogatus teste subs.

† Ego Ugo rogatus ec.
 † Ego Benedictio rogatus ec.
 † Ego Rodulfo not. dn. imp. post tradit. ec.

DOCUMENTO MDLXV.

*Il sudd. Vescovo allivella a Sisemundo del fu Sichelmo la quarta parte dei beni e decime della pieve di Marlia e di S. Pancrazio, nell' anno sudd. 983. Arch. Arc. * K. 19.*

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. itemque Ottoni imp. anno imp. ejus sextodecimo, septimo decimo kal. septembris, indit. undecima. Manifestu sum ego Sisemundo filio b. m. Sibeloni, quia tu Teudigrimus gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ad censum ec. idest quartam portionem ex integram, de omnia et ex omnibus casis et rebus illis pertinentes Eccl. vestre S. Marie et S. Johan. Baptiste, quod est plebe batismale sita loco Marilla, cum quartam portionem ex integram de omnia et ex omnibus casis et rebus illis pertinentibus Eccl. S. Pancratii, que est de subpotestate ipsius plebem vestram, quem plebem ipsa esse videtur de subregimine ec. suprascr. Eccl. Epis. vestro S. M. De casis vero ipsis tam domnicatis quam et massariiciis et aldauariciis et tributareis, cum fundamentis et omnem edeficiis suis vel universis fabricis, seu de curtis ortis ec. olivis ec. de omnia et ex omnibus rebus tam domnicatis ec. quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascriptam Eccl. S. Marie et S. Johan. Baptiste ec. et S. Pancratii sunt pertinentes, ut dictum est, quar-

tam portionem ex integra mihi eas livell. nomine dedisti. Tali ordinem ut da admodum in mea q. s. Sisemundo vel de meis hered. sint potestatem suprascripta quartam portionem ex integra de jam dictis casis et rebus ec. eas abendi ec. Nisi tantum pro omni censum ec. tibi vel ad posterisque ec. per sing. annos per omne mense magio, censum exinde vobis retdere debeamus hic Luca ad pars suprascripte Eccl. plebis vestre, per nos ec. vobis vel ec. aut ad ministerialem illum ec. argen. den. bon. expend. numero triginta sex tantum. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego q. s. Sisemundo una cum meis hered. comp. tibi q. s. Teudigrimus Epis. vel ad posterisque ec. penam argen. solid. octuaginta, quia taliter ec. et duos ec. Petrum not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Sisemundo in unc libello ec.
 † Petrus not. dn. imp. rogatus teste subs.
 † Teupaldus iudex dn. imp. subs.
 † Balduino not. dn. imp. rogatus ec.
 † Ego Sigiberto rogatus ec.
 † Petrus not. dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDLXVI.

Il sudd. Vescovo allivella ad Adamari del fu Cunerado diversi beni a Oliveto, Millano, Vecchiano, e altrove, nell' anno sudd. 983. Arch. Arc. A. 26.

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. itemque Ottoni imp. anno imp. ejus sextodecimo, duodecimo kal. septembris, indit. undecima. Manifestu sum ego Adamari

filio b. m. Chuneradi que Cunitio vocabatur, quia tu Teudigrimus gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest octo casis et rebus illis pertinentes suprascripte Eccl.

Epis. vestro S. Martini; que una ex ipse case et res esse videtur in loco et finibus Oliveto, que regitur per Marcho et Cunitio gg: secunda et tertia esse videtur in loco et finibus Millano, una regitur per Paulo alia per Romano; quarta esse videtur in loco Spiciano, que regitur per Dominicho: quinta esse videtur in loco Tempaniano, que regitur per Stefano: sexta esse videtur in Arsina, que regitur per Urso et Petrus: septima esse videtur in loco Vetriano, que regitur octava esse videtur in loco Corsanicho, que regere videtur massarii. Has suprascriptis casis et rebus cum fundamentis et omnem edeficiis, vel universis fabricis suis, seo curtis ortis terris vineis olivis silvis virgareis pratis pascuis, cultis rebus vel incultis, omnia et ex omnibus rebus, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascriptis casis et rebus tam domnicatis quam et massariis sunt pertinentibus vel adspicientibus, et suprascr. denominatis hominibus exinde ad manus suorum abere et detinere videtur, in integrum mihi eas livell. nom. dedisti. Seo et livell. nomine dedisti, idest quartam portionem ex integrum de casa et res illa, que esse videtur in loco Flabbianula Urchaja, quas Stefano qui dicitur Waldisciano cum suis consortibus ad manus suorum abere videtur, pertinentes jam dicte Eccl. Epis. vestro. De casa vero ipsa cum fundamento et omnem edeficio suo, seo de curte orto terris vineis olivis silvis virgareis pratis pascuis, cultis rebus vel incultis, de omnia quantum ad suprascripta casa et res est pertinentes, et suprascripto Stefano cum suis consortibus exinde ad manus suorum abere videtur, ut dictum est, quartam portionem exinde ex integrum mihi eas livell. nomine dedisti. Adque et livell. nomine dedisti mihi, idest medietatem ex integrum de sex cassinis et rebus illis massariis pertinentes Eccl. vestre S. Vincentii et S. Fridiani, sito foras civitate ista lucense prope porta S. Fridiani, que est de subregimine et potestate suprascr. Eccl. Epis. vestro S. Martini: quinque ex ipse

casus et rebus esse videtur in loco et finibus Vecclano; dua regitur per Bonitio, tertia per Johann. quarta per Martino, quinta per alio Martino: sexta ex ipse cassina et res esse videtur in loco et finibus Arena, que regitur per Eritio massario. De has suprascriptis cassinis et rebus cum fundamentis et omnem edeficiis suis, seo de curtis ortalias terris vineis olivetis silvis virgareis pratis pascuis, cultis rebus vel incultis, de omnia quantum ad suprascr. cassinis et rebus sunt pertinentibus vel adspicientibus, et suprascriptis denominatis hominibus exinde ad manus suorum abere et detinere videtur, ut dictum est, medietatem exinde ex integrum mihi eas livell. nomine dedisti. Tali ordinem ut da admodum in mea q. s. Adamari vel de meis hered. sint potestatem suprascriptis casis et rebus cum predicta quartam portionem de predicta casa et res, sive cum medietate de jam dictis cassinis et rebus quas nobis dedisti, eas abendi tenendi imperandi laborare faciendi meliorandi, et nobis eas privatum nomine usufructuandi. Nisi tantum per omni censum et justitia exinde tibi vel a posterisque success. tuis, per sing. annos pro omne mense augusto, censum exinde vobis retdere debeamus hic Luca ad pars suprascripte Eccl. Epis. vestro per nos aut per misso nostro, vobis vel ad misso vestro, aut a ministerialem illum, quas ibi pro tempore constitutum fuerit, argen. den. bon. expend. numero centum viginti tantum. Et si a nos vobis ec omnia qualiter ec. spondeo ego q. s. Adamari una cum meis hered. comp. tibi q. s. Teudigrimus Epis. vel ad posterisque success. tuis penam argen. solid. ducentos, quia taliter inter nos convenit; et duos inter nos libelli Petrum not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Adamari in unc libello a me facto manu mea subs.

† Ego Johannes judex dn. imp. subs.

† Ego Teutpaldus judex dn. imp. subs.

† Ego Ghisalprandus judex dn. imp. subs.

† Ego Petrus not. dn. imp. post tradit. ec.

DOCUMENTO MDLXVII.

Il sudd. Vescovo allivella a Gherardo del fu Cunerado diversi beni della Chiesa di S. Donato e Teodoro, nell'anno sudd. 983. Arch. Arc. † Q. 71.

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. itemque Ottoni imp. anno imp. ejus sextodecimo, octavo kal. septembris, indit. undecima. Manifestu sum ego Gherardo filio b. m. Chuneradi, que Cunitio vocabatur, quia tu Teudigrimus gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ad censum ec. dedisti mihi, idest tres casis et rebus massariiciis pertinentes Eccl. vestre S. Donati et S. Teodori, que est fundata foras civitate ista luceuse prope porta S. Donati, que est de subregimine ec. que duo ex ipsis casis et rebus esse videtur in loco *Fiscalino*, quas qd. Petrus et Georgio massarii ad manus suas ec. Et ille tertia esse videtur in loco *Traversaria*, ubi dicitur ad *Strata*, quas Tuto et Ildo, seo Frediano ad manus suorum abere ec. una cum omnibus rebus seo terris et vineis adque sterpetis et pascuis, seo silvis et virgareis adque quercietis, que esse videtur per locas et vocabulas que dicitur *Turitana* prope Eccl. *S. Stefani*, et in loco *Montemagno*, et in suprascripto loco *Traversaria* que detinet Urso, et in loco ubi dicitur *Moterone*; et omnibus petiis de terris illis seo silvis in loco ubi dicitur Valle Turrolfoli, pertinentes suprascripte Eccl. S. Donati; casis vero ipsis cum fundamentis ec. seo curtis ec. olivis ec. cultis rebus ec. omnia et ia omnibus ec. ad suprascriptis casis et rebus sunt pertinentibus, vel aspicientibus, et predictis denominatis hominibus exinde ec. vel casis et rebus in

predictis locibus seo juxta rivo *Moteroni* vel in ejus finibus, ad suprascripta Eccl. S. Donati sunt pertinentibus in integrum, cum una petia de terra quod est vinea in loco *Nocce* ubi dicitur Pedalle, tenentes uno capo cum uno lato in terra Romana, et alio capo cum uno lato tenet in terra S. Petri. Suprascripta petia quod est vinea qualiter circumdata est ec. in integrum, mihi eas livell. nomine dedisti. Excepto, et anteposito exinde res una cum omnibus rebus ad eas pertinentes, que esse videtur in loco et finibus *Nocce* ubi dicitur Valle, quem detinet Johannis cum germani sui, quas mihi minime dedisti: nam illis aliis omnibus casis, et rebus superius dictis, cum predictis petiis de terris seo rebus ec. in integrum mihi eas ec. Tali ordine ut da admodum in mea, q. s. Gherardo vel de meis hered. sint potestatem eas abendi ec. Nisi tantum pro omne censum exinde tibi ec. per sing. annos per omne mense magio censum reddere ec. ad pars suprascr. Eccl. vestre S. Donati, per nos ec. vobis ec. argen. den. hon. expend. num. 24 tantum. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego qui supra ec. componere tibi q. s. Teudigrimus Epis. vel ec. penam argen. solid. centum, quia taliter ec. et duos ec. Petrum not. dn. imp. ec. Actum Luca.

† Ego Gherardo in hunc ec.

† Ego Ugo rogatus ec.

† Ego Benedicto ec.

† Petrus iudex dn. imp. subscripsit.

† Ego Petrus not. dn. imp. post tradit. ec.

DOCUMENTO MDLXVIII.

Il sudd. Vescovo allivella o infeuda a Willelmo e Guido del fu Willelmo dei Signori di Saminiato tutti i beni della pieve di S. Maria di Quarratiana, con tutte le decime delle ville sottoposte, nell'anno sudd. 983. Arch. Arc. †† C. 68.

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. Ottoni imp. anno imp. ejus sextodecimo, tertio kal. septembris, iudit. undecima. Manifestu sum ego Tendigrimus gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ad censum ec. dare videor vobis Willelmo et Wido gg. filii b. m. Willelmi, idest medietatem ex integra de omnibus casis et curtis, seo rebus tam domnicatis quam et massariiciis, pertinentes Eccl. plebis vestre cui vocab. est beate S. Marie et S. Johan. Bapt. quod est plebem ec. sita loco et finibus Quaratiana, quem plebem ipsam est pertinentibus, et de subregimine et potestate suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini. De casis et curtis, seo de domnicatis quam et massariiciis, locas et fundas nuncupantur, tam in loco et finibus ubi dicitur S. Vito, quam et in loco qui vocitatur Titulo, sive et in loco Cafagio, adque in Valle Ceruli, et in loco et finibus qui nuncupantur S. Paulo, adque in loco Barbarino, et in loco ubi dicitur Montecucculi, seo et in loco Licignano; item et in loco Ungnano, et in loco Padule, adque in loco Cissiano, et in loco qui vocitatur Colle, et in Valle Lupuli, et in loco qui dicitur Cappitrone, et in loco et finibus Olivulo, adque et in loco Iscieto, quam et per aliis locis et vocabulis, cum fundamentis et omnem edeficiis, vel universis fabricis suarum, seo de curtis ortalia terris ec. castanietis quercietis silvis ec. de omnia et ex omnibus rebus tam domnicatis quam et massariiciis, de quantas ubique in qualibet locis ec. ad suprascripta plebis nostre S. Marie ec. sunt pertinentibus vel aspicientibus, ut dictum est, medietatem exinde ex integra, una cum inferioribus ec. seu cum accessionibus ec. vobis eas livell. nomine dare videor. Seo livell. nomine dare videor vobis, idest me-

dietatem ex integra de omnem reddito edibitione illa de quantas singulis hominibus qui sunt abitantibus in villis illis, qui nuncupantur predicta Quaratiana, S. Vito, Titulo, Cafagio, Valle Peruli, S. Paulo, Barbarino, Montecucculi, Liccinguano, Padule, Cissiano, Colle, Valle Lupuli, Cappitrone, Olivulo, Iscieto, Morriano, Subveczano, Valle Chunighisi, Montelabro, alio monteque dicitur Oduli, Ungnana majore, et minore, Brento, Treczano, Barbiana, Laxule, Milicciano, Milograno, Curguano, alio Cissiano, Zano vulpino, Cullina, Mareto, Monte Murusi, Casanova, Padule, Carectule, Casale, aut alibit abitantibus, qui de suprascripta S. plebem sunt pertinentes, singulis quibusque annis consuetudi vel debiti sunt ad rettdendum aut in antea ec. tam labore, quam et vinum, simul oleo adque de fenum, seo lino, sive de qualibet frugibus terre, quam et de bestiis de quantas Dominus annualiter dignatus fuerit donare, vel de quolibet movilia De jam dicto rettdito ec. quantas singulis hominibus, qui sunt abitantibus ec. qui ad suprascriptam plebem consuetudi ec. medietatem exinde ex integra vobis eas livell. nomine dare videor. Tali ordine ut da admodum in vestra q. s. Willelmi et Wido gg. vel de nostris hered. sint permaneant potestatem suprascriptam medietatem de suprascriptis casis seo rebus tam domnicatis ec. eas abendi ec. Et predictam medietatem de jam dicto rettdito ec. per sing. annos requirendi ec. et licentiam et potestatem abeatis in et omnibus vestris in ipsa S. plebe intrandi, et movilias vestras ibidem mittendi, et ipsas movilias, et offerfionem et oblationem, et predictam medietatem de predicto rettdito intus mittendi, et foras traendi, et faciendi exinde ec. Nisi tantum pro omni censum ec. exinde mihi vel ec.

prope porta S. Donati: quas hec predicta Eccl. S. Georgi cum omnibus casis et rebus ad eam pertinentibus, esse videtur de supotestatem suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini. De Eccl. vero ipsa cum fundamento ec. seo cum medietate de omnibus casis et curtis terris . . . que esse videtur prope eadem Eccl. et prope porta S. Donati, pertinentibus ipsius Eccl.

Sive cum medietate de omnibus terris illis que esse videtur foras eadem civitate et petia de terra prope Eccl. S. Petri que dicitur *Majore*, et in loco *Placule*, et *Roncho*, et alio *Roncho*, et in loco ubi dicitur *Cornuta* prope Eccl. S. Angeli, pertinentes jam dicte Eccl. S. Georgii, jam dictis petiis de terris in suprascriptis locis et vocabulis, quantas ad suprascripta Eccl. S. Georgii sunt pertinentibus, ut dictum est, mediet. exinde ex integra mihi eas livell. nomine dedisti. Exceptasti et anteposuisti duo casis massariciis in loco *Milano*, una regitur per *Allo*, alia per *Martino*, que de suprascripta sunt pertinentes, quas mihi per hoc libello minime dare videor: nam illis aliis casis et rebus sicut supra legitur, ut dictum est, exinde ex integrum mihi eas ec. Seo et livell. nomine ec. idest quinque inter casis et cassinis seo casalinis et rebus ipsius Eccl. pertinentibus, que una ex ipsius casis et res dicitur *Suspiciano*, regitur per *Dominicho* et *Cillo*; secunda casa et res vocatur *Noccle*, regitur per qd. *Petrus*; et fundamento et casalino illo in qua fuit casa et res, dicitur *Sigungnano*, regitur . . . casa et res in loco *Arsina* prope Eccl. S. Laurentii, regitur per *Urso*, cum mediet. de ipsius Eccl. cui vocabulum est beati S. Laurentii; casis et res in loco ubi dicitur *Oliveto*, que recta fuit a *Dominicho* cum suis gg. Casa et res in loco *Corsanico* ubi dicitur *Olivastro*, recta fuit per qd. *Venerando* massario: casa et res in loco ubi dicitur *Cerreto*, recta fuit per qd. *Marco*; casa et res in loco regere videtur per qd. *Omicio* massario: sorte et res in loco *Flabbianula* que dicitur *Archaja*, quas *Martino* massario ad manus suas abere videtur. Suprascr. casis et cassinis seo casis massariciis, cum fundamentis et omnem edificii vel universis ec. seo curtis ortis ec. olivetis castanietis quercietis silvis ec. omnis et ex omnibus rebus quantas ubique ec. ad suprascriptis casis ec. seo sortis et rebus massariciis sunt pertinentibus vel aspicientibus, in integrum mihi eas ec. Item et livell. nomine ec. idest mediet. ex integrum de omnibus terris et pratis. qui uno capo cum uno lato in via publico,

et alio capo tenet in terra S. Benedicti, cum mediet. de tres petiis de terris illis quibus sunt positus in loco et fundo dicitur S. Angelo, que dicitur et ambas capitas in terra que fuit qd. *Ghisalprandi* subd. Et illa secunda petia de terra tenentes Eccl. S. Petri. Et ille tertia petia de terra in ipso loco, cum mediet. de terra dicitur. qui uno capo cum uno lato in via publica. Cum mediet. de tres petiis de terris in loco *Roncho*, qui una ex ipse petia de terra tenentes uno capo in terra Eccl. S. Salvatoris, et alio lato tenet in terra. presbi; et ille secunda petia ec. in ipso loco, tenentes uno capo in terra S. Petri, lato uno tenet in terra que fuit qd. *Atrualdi*; et ille tertia petia de terra in ipso loco, tenentes uno capo in terra suprascripti qd. *Natali* presb. Hec autem suprascr. petiis de terris, sicut superius legitur, ut dictum est, medietatem mihi exinde ex integrum livell. nomine dedisti. Tali ordine ut in mea q. s. ec. sint potestatem suprascr. medietate de suprascripta Eccl. S. Georgii, cum suprascripta medietate de predictis casis ec. sint potestatem eas abendi ec. et ipsa Eccl. S. Georgii per me aut per meam dispositionem ec. Nisi tantum pro omni censum ec. exinde tibi vel ec. per sing. annos per omne mense magio censum reddere ec. ad pars Eccl. Epis. vestro S. Martini, per nos aut per misso nostro vobis vel ec. argen. den. bon. expend. solid. numero sex, duodecim den. per sing. solid. rationatos tantum. Et si a nos vobis ec. aut si suprascripta mediet. de predicta Eccl. ec. relaxaverimus; vel si per nos ec. spondeo ego q. s. ec. comp. tibi q. s. *Gherardo* Epis. vel ec. penam argen. solid. et duos inter nos libelli *Johan. not. et judex dn. imp. scribere ec. Actum Luca.*

† Ego *Gherardo* in uno libello a me facto subs.

† *Petrus* judex dn. imp. subs.

† Ego *Sisemundo* rogatus ec.

† *Gherardus* not. dn. imp. rogatus ec.

† *Petrus* not. dn. imp. rogatus ec.

† *Johannes* not. et judex dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDCLV.

Il sudd. Vescovo cambia beni in Vallebuja e presso il Serchio con Sisimondo del fu Sisimondo, nell'anno sudd. 988. Arch. Arc. † O. 2.

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Anno ab incarn. ejus nongentesimo nonagesimo primo, tertio nonas martii, indit. quarta. Manifestu sum ego Sisemundo filio b. m. item Sisemundi, quia convenit mihi una tecum Gherardus gratia Dei ec. ut inter nos de aliquantibus rebus comutationem ec. Proinde ego q. s. Sisemundo per hanc cartulam in comutationem dare videor tibi q. s. Gherardus Epis. a pars suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, idest quinque petiis de terris meis illis, quas abeo in loco et finibus Spardacho prope fluvio Auserclo. Una ex ipse tenentes uno capo cum ambas lateras in terra que fuit qd. Teupaldi judex, et alio capo tenet in via publica. Et ille secunda petia tenentes uno capo in terra S. Martini, et alio lato in terra Rodilandi, lato uno in terra Davit, que Davitio vocatur, et alio lato in terra Rodilandi g. meo. Et ille tertia dicitur Rivo Bembulite, tenentes uno capo in terra S. Marie, et alio lato in terra Fraolmi vicecomis, lato uno in terra suprascr. Rodilandi g. meo, et alio lato in terra suprascripti Rodilandi. Et ille quarta dicitur Longovia, tenentes uno capo in terra suprascr. Rodilandi, et alio capo in terra Epis. vestro S. Martini, lato uno in terra suprascr. Davit, alio lato in terra suprascr. Rodilandi g. meo. Et ille quinta dicitur Possa, tenentes ambas capitas in terra suprascripti Rodilandi, lato uno tenet in terra suprascr. Davit, et alio lato in terra suprascr. Rodilandi g. meo. Has suprascr. quinque petiis ec. qualiter ec. quod sunt inter totas per mensura ec. mod. quatuor et sist. quatuor in integrum, una cum inferioribus ec. tibi eas dedi ad pars Epis. vestro S. Martini. Item in comutat. ec. ad pars suprascripte Eccl. vestre S. Martini, idest mea portionem ex integra de una petia de terra illa quod abeo in loco et finibus Falilorum, tenentes uno capo in via publica, et alio capo in fluvio Auserclo,

BARSOC. TOM. V. PAR. III.

lato uno tenet in terra Chuneradi, que Cunitio vocatur, et alio lato in terra suprascripti Davit. De as suprascripta petia de terra, qualiter ec. competit exinde mihi octavam portionem, ipsa vero ex integra meam portionem, quod est per mensura ec. mod. duo in integrum, una cum inferioribus ec. tibi eas in comutat. dedi ad pars Epis. vestro S. Martini: et si amplius plus inventa fuerit de suprascripta mea portio quantum supra per mensura legitur, similiter tibi in comutationem dare et tradere videor a pars suprascr. Eccl. Epis. vestro S. Martini. Et pro suprascriptis petiis de terris quas tibi ec. recepi ad te ec. de pars suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, idest una petia de terra, que esse videtur in loco et finibus ubi dicitur Campo Caldendale prope Auserclo, pertenentes suprascr. Eccl. Epis. vestro S. Martini, et est tenentes uno capo in terra . . . ti, alio capo cum uno lato in via publica, et alio lato in terra Rodilandi filio qd. Johan. Has suprascripta petia de terra qualiter ec. quod est per mensura ec. mod. duodeci et dimidio in integrum, una cum inferioribus ec. ad te eas recepi de pars ec. Ubi et super hanc ec. tu q. s. Gherardus Epis. direxit tres bonos homines, eorum fides amittitur. Hi sunt nomina eorum: Leo filio b. m. . . . et Gottifredus primicerio filio b. m. Erilinde que Eritia vocabatur, seo Johan. judex dn. imp. filio Teupaldi similiter judex, qui ambulaverunt ec. Unde repromitto ego q. s. Sisemundo una ec. tibi q. s. Gherardus Epis. vel ec.

Unde duas ec. Petrum not. dn. imp. scribere ec. Actum Luca.

† Ego Sisemundus in anc ec.

Seguono i messi.

.
.
.

† Ego Petrus not. dn. imp. post tradit. ec.

DOCUMENTO MDCLVI.

Il sudd. Vescovo allivella ad Albone del fu Ghisolfo la Chiesa di S. Fridiano di Guamo, col Benefizio ch'eravi unito, nell'anno sudd. 991. Arch. Arc. AG. 28.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarn. ejus nongentesimo nonagesimo primo, quarto idus martii, indit. quarta. Manifestu sum ego Alboni, qui Albitio vocatur filio b. m. Ghisolfo, quia tu Gherardus gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest Eccl. illa cui vocabulum est beati S. Fridiani, que est fundato in loco et finibus Wamo, pertinentes suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini. Eccl. vero ipsa cum fundamento et omnem edeficio suo, in integram mihi eas livell. nom. dedisti, una cum beneficio illo, qui usque modo suprascripta Eccl. illa S. Fridiani abuit. Tali ordine ut da admodum in mea q. s. Alboni vel de meis heredes sint potestatem suprascripte Eccl. et predicto beneficio, quas mihi dedisti, eas abendi tenendi imperandi, laborare faciendi, meliorandi, et nobis eas privatam nom. usufructuandi; et suprascripta Eccl. S. Fridiani ego vel meos hered. ibidem murare et claudere, seo coperire facere debeamus: et in suprascripta Eccl. S. Fridiani per meam dispositionem aut de meis hered. officium Dei et luminaria seo missarum atque incensum fieri debeamus. Nisi tantum pro omni cen-

sum et justitia exinde tibi vel ad posterisque success. tuis, per sing. annos per omne mense martio, census exinde vobis reddere debeamus hic Luca civitate ad suprascr. Eccl. Epis. vestro, aut ad ministerialem illum quas in suprascripto domum Epis. pro tempore abueritis, sive ad omnem illum qui da suprascripto domum Epis. pro tempore in beneficio abuerit, arg. den. bon. expend. numero tres tantum. Et si a nos vobis ec omnia qualiter superius legitur, per sing. annos sic non fuerint adimpleta et conservata, aut suprascripta Eccl. et predicto Beneficio quas mihi dedisti, relaxaverimus vel si per nos pejorata fuerit: spondeo ego q. s. Alboni una cum meis hered. comp tibi q. s. Gherardus Epis. vel ad posterisque success. tuis penam argen. solid. centum, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos libelli Guttefredum not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca. Signum † ms. suprascr. Alboni qui hunc libell. fieri rogavit.

† Ego Leo rogatus teste subs.

† Ego Lambertus rogatus ec.

† Ego Johannes judex dn. imp. subs.

† Ego Gottefredus not. dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDCLVII.

Il sudd. Vescovo allivella ad Alamperto del fu Gio. la quarta parte del fondamento e beni della distrutta Chiesa di S. Martino di Lunata, nell'anno sudd. 991. Arch. Arc. † P. 93.

† In nom. Dom. Dei et Salvatoris nostri Jesu Xti. Anno ab incarn. ejus nonagesimo primo, tertio nonas aprilis, indit. quarta. Manifestus sum ego Alamperto, quem Winito vocatur filio b. m. Johannis que Actio vocabatur, quia tu Gherardus gratia Dei ec. per cartulam ec. idest quartam portionem exintegram de fundamento illo, ubi fuit

Eccl. S. Martini sita loco et finibus Lunata que dicitur *Ursiana*, pertinentes suprascripte Eccl. domui Epis. vestro S. Martini; jam dicta quartam portionem de predicto fundamento ubi fuit Eccl. S. Martini cum quartam portionem de omnibus casis, et rebus dominicatis, et massariis ad ipso fundamento pertinentibus, cum fundamen-

tis et omnem edificiis ec. seo curtis, ortis ec. olivis ec. cultis rebus ec. omnia ec. quantas ubique ec. est pertinentes, ut dictum est, quartam portionem ec. mihi eas livell. nom. dedisti. Tali ordinem ut da admodum in mea, q. s. Alamperto ec. sint potestatem eas abendi ec. Nisi tantum ec. per sing. annos in mense november hic civitate Luca ad pars suprascripte Eccl. Epis. vestro, per nos ec. vobis ec. vel ad illud homine, qui eas da vos in beneficio abuerit, arg. den. ec. num. sex tantum. Et

si a nos vobis hec omnia qualiter ec. spondeo ego q. s. Alamperto una ec. componere tibi q. s. ec. penam argen. solid. quindeci, quia taliter ec. et duos ec. Johan. not. et iudex dn. imp. scribere ec. Actum Luca. Signum † ms. Lamperti qui ec.
 † Ego Johannes rogatus ec.
 † Ego Sisemundo ec.
 † Ego Benedicto ec.
 † Teutpaldus iudex dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDCLVIII.

*Il sudd. Vescovo allivella a Gherardo del fu Cunerado dei Flamminghi la pieve, beni, e decime di S. Maria di Pescia, nell' anno sudd. 991. Arch. Arc. * E. 73.*

† In nom. S. et individue Trinitatis. Anno ab incarnat. nongentesimo nonagesimo primo, undecimo kal. magii, indit. quarta. Manifestum sum ego Gherardus gratia Dei ec. quia per hanc cartula livell. nom. a censum perexolvendum dare videor tibi Gherardo filio b. m. Chuneradi, que Cunitio vocabatur, idest omnibus casis et rebus illis pertineates Eccl. plebis vestre, cui vocabulum est beate S. Marie et S. Johan. Baptiste, quod est plebe batismale sito loco et finibus Piscia majore prope Ferraria, quem plebem ipsam esse videtur de subregimine ec. Casis vero ipsis tam domnicatas quam et massaricias cum fundamentis et omnem edificiis vel universis fabricis suis, seu curtis ortis terris vineis olivis ec. homnia et in omnibus rebus tam domnicatas quam et massaricias, quantas ubique ec. ad suprascriptam S. plebem sunt pertinentibus vel aspicientibus, in integrum tibi eas livell. nomine dare videor. Item et livell. nomine dare videor tibi, idest omnem redditum edibitionem illam quantas sing. hominibus ad suprascripte Eccl. plebis vestre S. Marie et S. Johan. Bapt. in quacumque villis abitantes sunt aut fuerint, consuetudi vel debiti sunt ad retendum aut in antea consuetudi vel debiti fuerint ad retendum, tam de labore vino oleo fenuum linuum, simulque de bestiis aut

de qualibet frugibus terre, que dici vel nominari possumus, vel de quacumque movilia que a pars jam fate Eccl. plebis vestre consuetudi vel debiti ec. aut in antea debiti fuerint; jam dictum redditum edibitionem singulis quibusque annis consuetudi ec. in integrum tibi eas livell. nom. dare videor. Sic tamen licentiam et potestatem abeas tu q. s. Gherardo vel tuis hered. sive hominibus vestris in ipsam S. plebem intrandi et vestra movilia mittendi, et illa que ibi inveneritis cum homnes offeriones et oblationes quas ibi Dominus donare dignatus fuerit, tollendi et foras traendi, et faciendi exinde quicquid volueritis, et vobis eas privato nom. abendi et usufructuandi. Tali ordine ut da admodum in mea q. s. Gherardo vel de meis hered. sint potestatem hominibus suprascriptis casis et rebus ipsius Eccl. pertinentibus, seu et predictum redditum edibitionem seu offerionem et oblationem quas vobis dedi, eas abendi ec. et faciatis exinde ex frugibus earum rerum vel censum quibus exinde annue Dominus dederit, quicquid volueritis, et predictum redditum edibitionem quas vobis dedi, per sing. annos requirendi recolegendi, et vobis privato nomine ec. Nisi tantum pro omni censum ec. exinde mihi, vel a posterisque ec. per sing. annos per omne mense magio exinde dare debeatis hic

Luca a pars Eccl. Epis. nostro S. Martini per vos aut per misso vestro, nobis vel ec. aut a ministerialem illum, quas in ipso domo pro tempore fuerit, argen. solid. viginti de bon. den. expend. duodeci den. per sing. solid. rationatos tantum. Et si a nos vobis hec omnia qualiter ec. et nos vobis suprascriptis casis et rebus cum predictum redditum edibitionem ipsius plebis pertinentibus, cum predicta offerionem et oblationem quas vobis supra livell. nom. dedi, retollerimus, vel aliquit amplius vobis superimposuerimus per colibet ingenio: spon-

deo ego q. s. Gherardus Epis. una cum posterisque ec. comp. tibi q. s. Gherardo vel ad tuis hered. penam argen. solid. sexcentos, quia ec. et duos inter nos libelli Petrum not. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Gherardus Epis. in oc libello a me facto subs.

† Ego Teupaldus iudex dn. imp. subs.

† Gottfredus not. dn. imp. rogatus ec.

† Wido not. dn. imp. rogatus ec.

† Petrus not. dn. imp. post traditam ec.

D O C U M E N T O M D C L I X .

Il sudd. Vescovo allivella a Giovanni prete e cantore ed a Rodolfo suo fratello figli del fu Benedetto diversi beni in Tramonte, nell'anno sudd. 991. Arch. Arc. † F. 19.

† In nom. S. et iudivid. Trinitatis. Anno ab incarn. ejus nongentesimo nonagesimo primo, decimo kal. magii, indit. quarta. Manifesti sumus nos Johan. presb. et cantor seu Rodolfo gg. filii b. m. Benedicti, quia tu Gherardus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum perexolvendum dedisti nobis, idest duo casis et rebus illis massariis que esse videtur in loco et finibus Tramonte prope Eccl. S. Martini, pertinentes Eccl. vestre S. Fridiani sita foras civitate ista lucense, que est de suppositate ipsius Eccl. Epis. vestro S. Martini, quas qd. Leo massario ad manus suas abuit, et modo regere videtur per Martino e Dominicho massarii a manus suorum abere e detinere videtur. Casis vero ipsis cum fundamentis et omnem edeficiis vel universis fabricis suis, seu curtis ortis terris vineis olivis silvis virgareis pratis pascuis, cultis rebus vel incultis, homnia et in omnibus rebus, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascr. casis et rebus massariis sunt pertinentibus vel adspicientibus, et suprascr. denominatis hominibus massarii exinde ad manus suorum abere et detinere videtur in integrum, una cum inferioribus et superioribus suis, seu cum accessionibus et ingressoras suas, nobis eas

livell. nom. dedisti. Seo et livell. nom. dedisti nobis, idest omnibus petiis de terris illis qui sunt in loco et finibus Tramonte, quas Benedicto filio b. m. Cunitii ad laborandum a manus suas abere et detinere videtur, pertinentes suprascr. Eccl. iam dictis petiis de terris sicut superioribus legitur in integrum, una cum inferioribus et superioribus suis, seu cum accessionibus et ingressoras suas, nobis eas livell. nom. dedisti. Tali ordinem ut da admodum in nostra q. s. gg. vel de nostris hered. sint potestatem eas abendi tenendi imperandi laborare faciendi meliorandi, et nobis eas privatum nom. usufructuandi. Nisi tantum pro omni censum et justitia exinde vobis vel a posterisque success. tuis, per sing. annos per omnem mense januario, censum vobis reddere debeamus hic civitate Luca ad pars suprascr. Eccl. Epis. vestro S. Martini, per nos aut per misso nostro, vobis vel ad misso vestro aut ministerialem illum quas in ipso domu pro tempore fuerit, argen. den. bon. expend. numero triginta et duo tantum. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondimus nos q. s. Johan. presb. et cantor, seu Rodolfo gg. una cum nostris hered. comp. tibi q. s. Gherardus Epis. vel ad posterisque success. tuis penam argen. solid. centum, quia tali-

ter inter nos convenit, et duos inter nos libelli Petrum not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Johan. presb. et cantor in hunc libello a nos facto subs.

Signum † ms. Rodolfi qui hunc libello fieri rogavit.

† Ego Teutpaldus not. dn. imp. rogatus subs.

† Ego Gottefredus not. dn. imp. rogatus teste subs.

† Ego Wido not. dn. imp. rogatus teste subs.

† Ego Petrus not. dn. imp. post tradit. ec.

DOCUMENTO MDCLX.

Il sudd. Vescovo allivella a Raimbaldo del fu Raimbaldo, e ad Omicio del fu Giovanni la metà del fondamento e beni della distrutta Chiesa di S. Martino di Lunata, nell' anno sudd. 991. Arch. Arc. †† I. 79.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarn. ejus nongentesimo nongentesimo primo, decimo kal. julii, indit. quarta. Manifesti sumus nos Raimbaldo filio b. m. item Raimbaldi, et Homicio filio b. m. Johann. quia tu Gherardo gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ad censum ec. idest medietatem ex integra de fundamento illo, ubi *fui* Eccl. S. Martini sito loco et finibus Lunata, que dicitur Ursiana, pertinentes suprascripte Eccl. dom. Epis. S. Martini. Iam dicta medietate de suprascripto fundamento ubi *fui* Eccl. S. Martini, cum medietatem de omnibus casis et rebus domnicatis et massariciis ad ipso fundamento *sun* pertinentibus; *cun* fundamentis et omnem edeficiis, vel universis fabricis suis, seo de curtis ortis terris ec. olivis ec. omnia et in omnibus tam domnicatis quam massariciis, quantas ubique ec. ad suprascripto fundamento, ubi *fui* Eccl. S. Martini sunt pertinentes, ut dictum est, medietatem exinde ex integra nobis eas livell. ec. Tali ordinem ut da admodum in

nostra q. s. Raimbaldo et Homicio vel de nostris hered. *sin* potestatem de suprascr. fundamento ubi *fui* ec. cun medietate de rebus domnicatis et massariciis ec. quas nobis livell. nom. dedisti, eas abendi ec. Nisi tantum pro omni censum ec. exinde tibi vel ad posterisque ec. per sing. annos per omne mense november, censum vobis retdere ec. hic Luca ad pars suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini per nos ec. vobis ec. aut ad ministeriale ec. vel ad illum hominem qui eas da vos in beneficio abuerit, argeo. den. bon. expend. num. duodeci tantum. Et si a nos vobis ec omnia ec. spondimus nos q. s. ec. comp. tibi q. s. ec. penam argen. solid. viginti, quia taliter ec. et duas ec. Raineri not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

Signum † ms. Raiabaldi et Homicii qui ec.

† Ego Bernardo rogatus ec.

† Johan. judex dn. imp. subs.

† Hdebrandus not. da. imp. subs.

† Raineri not. da. imp. post traditam eo.

DOCUMENTO MDCLXI.

*Il sudd. Vescovo allivella a Sigefredo del fu Teudigrimo nove case massaricie in Obaca, nell' anno sudd. 991. Arch. Arc. * H. 81.*

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Anno ab incarnat. ejus nongentesimo nonagesimo primo, tertio idus julii, indit. quarta. Manifestu sum ego Sigifridi filio b. m. Teudigrimo, que Teutio vocabatur, quia

tu Gherardus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. a censum perexolvendum dedisti mihi, idest *nove* casis et rebus illis massariciis que esse videtur in loco et finibus Obaca, que una ex ipse casa et reo

massaricias regitur per Avondantio presb. et ille secunda ec. recta fuit per qd. Ato massario: et ille tertia casa et res regitur per Urso et Dominicho massario: et ille quarta ec. regitur per Urso massario: et ille quinta ec. regitur per Vitali massario: sexta ec. regitur per Ranfridi massario: et ille septima ec. regitur per Homicio et Andreas gg. massarii: et ille octava et nona casa et res dicitur a Lama, una regitur per Johan. massario, et ille alia regitur per Martino massario, pertinentes suprascr. Eccl. Epis. vestro S. Martini. Hec autem suprascr. nove casis et rebus massariciis tam domnicatis quam et massariciis, cum fundamentis et omnem ec. seo curtis ortalias terris vineis olivetis castanietis quercietis silvis ec. omnia et in omnibus ec. tam domnicatis quam et massariciis quantas ubique ec. et supraser. denom. hominibus massariis exinde ec. in integrum, una cum inferioribus ec. seu cum accessionibus ec. mihi

eas livell. ec. Tali ordinem ut da admodum in mea q. s. Sigifridi vel de meis hered. sint potestatem omnibus suprascr. casis ec. eas abendi ec. Nisi tantum ec. exinde tibi vel a posterisque ec. per sing. annos per omne mense januario, censum vobis redde- re ec. a pars suprascr. Eccl. Epis. vestro S. Martini, per nos ec. vobis ec. aut a ministerialem ec. vel ad illum hominem qui eas da vobis in beneficio ec. argen. den. bon. expend. num. solid. viginti tantum. Et si a nos vobis ec. spondeo ego q. s. ec. comp. tibi qui supra Gherardus Epis. vel a posterisque ec. penam argen. solid. quatuorcentum, quia taliter ec. et duos ec. Petrum not dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

Signum † m. Sigifridi qui ec.

† Ego Sisemundo rogatus ec.

† Teutpaldus iudex dn. imp. subs.

† Johan. iudex dn. imp. subs.

† Petrus not. dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDCLXII.

*Il sudd. Vescovo allivella o infeuda a Fraolmi figlio di Fraolmi viceconte dei Montemagnesi o Corvaresi la pieve, beni, e decime di S. Martino di Flesso, nell' anno sudd. 991. Arch. Arc. * K. 7.*

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarn. ejus nongentesimo nongesimo primo, tertiodecimo kal. augusti, indit. quarta, Manifestu sum ego Gherardus gratia Dei ec. quia per hanc cartulam livell nomine ad censum perexolvendum dare videor tibi Fraolmi filio item Fraolmi vicecomis, idest viginti et tres petiis de terris illis, que esse videtur in loco et finibus Flexo, que una ex ipse petia de terra dicitur ad Salice Ghetii; et ille secunda ec. ubi dicitur ad Cultano; et tres petiis esse videtur in loco ubi dicitur Nave Eribrandi; sexta petia ec. in suprascr. loco Flexo; septima petia . . . po S. Martini prope ipsa plebe: octava petia ec. quod est vinea, cum duo petiis de terris illis quod sunt ortas totas insimul amembratas, in ipso loco Flexo prope suprascripta plebe; et duo petiis de terris que esse videtur in loco ubi dicitur Insula; tertiadecima ec. in ipso loco Insula; quartadecima ec. dicitur In-

teracelle; quindadecima petia ec. dicitur Sumonte, cum tres petiis de terris illis que esse videtur in suprascripto loco Insula; nonadecima petia ec. dicitur in Borra; vigesima petia ec. esse videtur in loco ubi dicitur Sumonte; et duo petiis de terris esse videtur in loco et finibus Cerasumma; et illa vigesima tertia petia ec. esse videtur in loco et finibus Fagnano. Has suprascr. petiis de terris et vinea seo ortas pertinentibus Eccl. plebis nostre S. Martini et S. Johan. Bapt. quod est plebem ec. que esse videtur de subregimine ec. iam dictis petiis de terris et vinea ec. superius dictis, qualiter ab omnibus in circuitu eorum per capitas et lateras esse inveniuntur in integrum, una cum inferioribus et ec. seo cum accessionibus ec. tibi eas livell nom. dare videor. Seo et livell. nom. dare ec. idest omnem redditum ec. quantas sing. hominibus qui sunt abitantibus in villis illis nuncupante Flexo, Sitiano, Cerasumma, Fagnano, Nave

Eribrandi, vel in aliis villis habitantes sunt aut fuerint, singulis quibusque annis ad pars suprascripte Eccl. plebis nostre ec. consuetudi ec. tam labore vinum fenem linum, simulque de bestiis aut de qualibet frugibus ec. vel de qualivet inoivlia: de jam dictum redditum ec. quantas ec. in integrum tibi eas livell. nomine dare videor. Tali ordine ut da admodum in tua q. s. Fraolmi vel de tuis hered. suprascriptis petiis de terris seo vineis ec. eas abendi ec. et predictum redditum edibitionem quas vobis dedi, per sing. annos tam vos quam et hominibus vestris requirendi et reholiendi, et vobis eas privato nom. usufructuandi. Nisi tantum ec. exinde mihi vel ad posterisque ec. per omne mense martio censum nobis retdere debeatis hic Luca ad pars suprascripta Eccl. domum Epis. ec. per vos ec. nobis ec. aut ad

ministerialem ec. argen. solid. quattuordecim de bon. den. expend. duodecim den. per sing. ec. Et si a nos vobis ec omnia ec. et nos vobis suprascriptis petiis de terris et vinea seo ortas, et predictum redditum ec. quas vobis supra livell. nom. dedi retollerimus, vel aliquit amplius vobis superimposuerimus ec. spondeo ego q. s. Gherardus Epis. una cum posterisque ec. componere tibi q. s. Fraolmi vel ad tuis hered. penam argen. libras quadraginta, quia taliter ec. et duos ec. Gundalprandum vot. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Gherardus gratia Dei ec.

† Johannes iudex dn. imp. subs.

† Ego Benedicto rogatus ec.

† Ego Berto rogatus ec.

† Ego Gundalprandus not. et iudex dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDCLXIII.

*Carta con cui Fraolmi col consenso del suo padre Fraolmi visconte riceve a livello o in feudo dal Vescovo Gherardo i beni suddetti, per atto dello stesso notaro e dello stesso giorno ed anno. Arch. Arc. * L. 40.*

† In nom. Dom. nostri J. Xti Dei eterni. Anno ab incarn. ejus nongentesimo nonagesimo primo, tertiodecimo kal. augusti, indit. quarta. Manifestu sum ego Fraolmi filio item Fraolmi vicecomis, quia tu Gherardus gratia Dei ec. ipso genitor meus mihi consentientes, et subter confirmantes, per cartula livell. nom. ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest viginti tres petii de terris illis, qui esse videtur in loco et finibus Flexo, que una ex ipse petia de terra dicitur ad Salice Gheti, et ille secunda petia de terra ubi dicitur ad Cultario; et tres petiis de terris esse videtur in loco ubi dicitur Nave Eribrandi; sexta petia de terra in suprascripto loco Flexo; septima petia de terra dicitur Campo S. Martini prope ipsa plebe; octava petia de terra quod est vinea ec. (*seguita la enumerazione dei fondi, come nella carta precedente*). Seo et livell. nomine dedisti mihi, idest omnem redditum edibitionem illum, quantum singulis hominibus, qui sunt habitantibus in villis illis nuncupaate, Flexo,

Sitiano, Cerasumma, Fagnano, Nave Eribrandi ec. Tali ordinem ut da admodum in mea qui supra ec. vel de meis hered. sint potestatem suprascriptis petiis de terris et vinea, seo ortas, quas mihi dedisti, eas abendi tenendi ec. et faciendi ex frugibus rerum vel censum quibus exinde annue Dominus ec. quicquit voluerimus, et predictum redditum edibitionem quas nobis dedisti, per singulas annos tam nos, quam et hominibus nostris requirendi, et reholiendi, et nobis eas privato nomine usufructuandi. Nisi tantum pro omni censum ec. exinde vobis retdere debeamus hic Luca ad suprascripta Eccl. Epis. S. M. per nos aut per misso nostro, vobis vel ad misso vestro quas in ipso domum Epis. pro tempore fuerit constitutum, arg. solid. quattuordecim de bon. den. expend. duodecim den. per sing. solid. rasionatos tantum. Et si a nos vobis ec omnia ec. spondeo ego q. s. Fraolmi una cum meis hered. componere tibi qui supra Gherardus Epis. vel ad posterisque ec. penam argen. libras

quadraginta, quia taliter ec. et duos inter nos libelli Gundalprandum not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.
 † Ego Fraolmi in oc libello ec.
 † Ego Fraolmi vicecomis genitor predicti Fraolmi consentientis suba.

† Johannes iudex dn. imp. suba.
 † Ego Benedicto rogatus ec.
 † Ego Obberto rogatus ec.
 † Ildebrandus not. dn. imp. rogatus ec.
 † Ego Gundalprandus not. dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDCLXIV.

*Il sudd. Vescovo Gherardo allivella a Rainerio e Fraolmi fratelli e figli di Fraolmi visconte, col consenso del comune loro genitore la metà di due case massarie in Massa Pisana, appartenenti alla pieve di S. Cristina, colla metà delle decime dovute a detta pieve, nell'anno sudd. 991. Arch. Arc. * F. 58.*

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarn. ejus nongentesimo nonagesimo primo, septimo kal. augusti, indit. quarta. Manifesti sumus nos Raineri et Fraolmi gg. filii Fraolmi vicecomis, ipso genitor nostro nobis consentientes et subter confirmantes, quia tu Gherardus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum perexolvendum dedisti nobis, idest mediet. ex integra de duo casis et rebus massariis que esse videtur in loco et finibus Massa prope Monte Pisano, pertinentes Eccles. plebis vestre S. Cristine et S. Johan. Bapt. quod est plebem batismalis sita in eodem loco Massa, quas ec. predicta Eccl. plebem esse videtur de subregimine ec. De casis vero ipais cum fundamentis et omnem edificis suis, seo curtis ec. olivis ec. de omnibus et ex omnibus rebus tam dominicatis ec. quantas ubique ec. ad suprascriptam S. plebem et ad suprascriptis casis et rebus sunt pertinentibus vel adspicientibus, ut dictum est, medietatem exinde ex integra nobis eas ec. Seo et livell. nom. ec. idest medietatem ex integra de omnem redditum edibitionem illam quantas sing. hominibus qui sunt abitantibus in villis illis, nuncupante Massa, Caprile, Aquabous, Amiate, Seletto, vel in aliis villis abitanter sunt aut fuerint; sing. quibusque anni ad pars suprascripte Eccl. plebis vestre consuetudi vel debiti sunt ad retendum aut in antes debiti fuerint retendendi, tam labore vinum simulque de bestiis aut de qualibet frugibus terre, vel de quacunque movilia. Jam dictum redditum edibitionem quantas

singulis hominibus ec. consuetudi ec. ut dictum est, medietatem exinde ex integra nobis eas livell. nomine dedisti. Tali ordinem ut da admodum in nostra qui supra Raineri et Fraolmi gg. vel de nostris heredibus sint potestatem suprascriptam medietate de omnibus suprascriptis casis et rebus seo moviliis, et suprascriptum redditum ec. abendi ec. et faciamus ex frugibus earum rerum quibus exinde Dominus donare ec. quicquit voluerimus; et predictum redditum edibitionem ec. per sing. annos requirendi et recoliendi et nobis privato nomine usufructuandi. Nisi tantum ec. per sing. annos per omne mense martio, censum exinde vobis reddere debeamus hic civitate Luca ad pars Eccl. domum Epis. S. Martini, per nos ec. argen. solid. decem de bon. den. expend. duodecim den. per sing. solid. rationatos tantum. Et si a nos vobis ec. omnia qualiter ec. spondimus nos q. s. Raineri et Fraolmi gg. una ec. comp. tibi q. s. Gherardus Epis. vel ad posterisque ec. penam argen. libras quadraginta, quia taliter ec. et duos ec. Gundalprandum not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.
 † Ego Raineri in oc libello ec.
 † Ego Fraolmi in oc libello ec.
 † Ego Fraolmi vicecomis genitor supraser. gg. consentiente.
 † Johannes iudex dn. imp. subs.
 † Ildebrandus not. dn. imp. rogatus ec.
 † Ego Benedicto rogatus ec.
 † Gundalprandus not. dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDCLXV.

Il sudd. Vescovo infeuda ai suddetti Rainerio e Fraolmi tre parti dei beni, decime, e Chiese della pieve di S. Giulia di Granajolo, nell'anno sudd. 991. Arch. Arc. † C. 3.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarn. ejus nongentesimo nongesimo primo, septimo kal. augusti, indit. quarta. Manifesti sumus nos Raineri et Fraolmi gg. filii Fraolmi vicecomis ipso genitor nostro nobis consentientes et subpter confirmantes, quia tu Gherardus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum perexolv. dedisti nobis, idest tres portionis ex integrum de sex casis et rebus illis massariciis, que esse videtur una ex ipse in loco et finibus Terelio, que regere videtur per Dominicho massario cum suis consortibus. Secunda in loco Boliteno, que regitur per Lamperto. Tertia in loco Paezano, que regitur per Johannis. Quarta in loco Luglano, que regitur per Lamperto cum suis consortibus. Quinta in loco Filecto que regere videtur per Dominicho et Petrus cum suorum consortibus. Sexta esse videtur in loco et finibus Bargi, que regere videtur per Bonifridi cum suis consortibus, que sunt pertinentibus Eccl. vestre S. Julie et S. Johan. Baptiste, quod est plebem baptismalem sito loco et finibus ubi dicitur Granajolo, que est de subregimine et potestatem suprascripte. Eccl. Epis. vestro S. Martini. De casis vero ipsis cum fundamentis et omnem edeficiis vel universis fabricis suis, seo de curtis ortis terris vineis olivis silvis virgareis pratis pascuis, cultis rebus vel incultis, de omnia et ex omnibus rebus quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascriptis casis et rebus massariciis sunt pertinentibus vel aspicientibus, et suprascr. denominatis massariis exinde ad manus suorum abere et delinere videntur, ut dictum est, tres portionis ex inde ex integrum nobis eas livell. nom. dedisti. Seo et livell. nom. dedisti nobis, idest tres portionis ex integra de duo Eccl. illis, una ex ipse esse videtur in loco et finibus ubi dicitur Paezano, cui vocabulum est S. Geminiani, alia esse videtur in loco

BARSOCC. TOM. V. PAR. III.

ubi dicitur Luliano, cui vocabulum est S. Martini, que est de subpotestatem suprascr. plebis vestre. De Eccl. vero ipsis una cum tres portionis de omnibus casis et rebus ad suprascripte Eccl. pertinentibus, cum fundamentis et omnem edeficiis suis vel universis fabricis suis, seo de curtis terris vineis olivis silvis virgareis pratis pascuis, cultis rebus vel incultis, de omnia et ex omnibus casis et rebus tam domnicatis quam et massariciis, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascriptis Eccles. Sanctorum Geminiani et Martini sunt pertinentibus vel adspicientibus, ut dictum est, tres portiones exinde ex integrum nobis eas livell. nom. dedisti. Adque livell. nom. dedisti nobis qui supra Raineri et Fraolmi gg. idest tres portionis ex integrum de omne redditum edibitionem illam, quantas sing. hominibus, qui sunt abitantibus in villis illis nuncupante, Donatiano, Montefegatense, Lumano, Buliano, Granajolo, Biscolle, Furnulo, Clefenti, Luliano, Corseno, Buzano, Petiano, Mutiano, Bargi, Vetelgia, Lipitiano, Controne, Cucurajo, Panulegio, Colle, Ghalicana, Menablacha, Sule, Cerbajo, vel in aliis villis abitantes aut fuerit sing. quibusque anni ad pars suprascr. Eccl. plebi vestre S. Julie, et S. Johan. Baptiste, seo ad pars Eccl. vestre S. Stefani, et S. Johan. Baptiste in loco Bargi, consuetudi vel debiti sunt ad reddendum, aut in antea debiti fuerit ad reddendum, tam labore manuum adque de bestiis, aut de qualibet frugibus terre, vel de qualibet movilia; de jam dictum redditum edibitionem, quantas sing. hominibus qui sunt abitantibus in suprascriptis villis vel per aliis locis et vocabulis aut in antea abitantibus ad suprascr. Eccl. plebis vestre sing. quibusque anni consuetudi vel debiti sunt reddendi, aut in antea debiti fuerit, ut dictum est, tres portiones exinde ex integrum nobis eas livell. nomine dedisti. Tali ordine ut da admo-

dum in nostra qui supra Raineri et Fraolmi gg vel de heredibus ac proeredibus nostris sint potestatem suprascr. tres portiones de predictis casis et rebus massariiciis, sive de Eccl. cum predictis casis et rebus ad eas pertinentibus quas nobis dedisti, eas abendi tenendi imperandi gubernandi laborare faciendi meliorandi, et nobis eas privatim nomine usufructuandi, et faciamus ex frugibus earum rerum vel censum quibus exinde annue Dominus donare dignatus fuerit, quicquid voluerimus; et jam dicte tres portiones de predictum redditum edibitionem quas nobis dediasti, per sing. annos tam nos quam et hominibus nostris requirendi et recoliendi, nobis eas privatim nomine usufructuandi. Nisi tantum per omne censum et justitia exinde tibi vel ad posterisque success. tuis per sing. annos per omnem mensem martio, censum exinde vobis reddere debeamus hic Luca ad suprascripta Eccl. domu Epia. vestro S. Martini, per nos aut per misso nostro, vobis vel ad misso vestro, aut ad

ministerialem illum quas in ipso domum Epis. pro tempore constitutum fuerit, argen. solid. triginta de bon. den. expend. duodecim den. per sing. solid. rationatos tantum. Et si a nos vobis ec omnia ec. spondimus nos q. s. Raineri et Fraolmi gg. una cum heredibus et proeredibus nostris componere tibi q. s. Gherardus Epis. vel ad posterisque success. tuis penam argen. libras quadraginta, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos libelli Gundalprandum not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Raineri in oc libello a nos facto subs.

† Ego Fraolmi in oc libello a nos facto subs.

† Ego Fraolmi vicecomis consensi et subs.

† Ego Johan. not. et judex dn. imp. subs.

† Ego Ildebrandus not. dn. imp. subs.

† Ego Benedicto. tuas res esse subs.

† Ego Gundalprandus not. dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDCLXVI.

Il sudd. Vescovo allivella a Sisemundo del fu Sichelmo la quarta parte del fondamento e beni della sua corte di Tregiana presso il fiume Era, nell' anno sudd. 991. Arch. Arc. † D. 88.

† In nom. S. et individ. Trinitatis. Anno ab incarn. ejus nongentesimo nonagesimo primo, tertio kal. augusto, indit. quarta. Manifestus sum ego Sisemundo filio b. m. Sichelmi, quia tu Gherardus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum perexolvendum dediasti mihi, idest quartam portionem ex integrum de fundamento et casalino, ubi dum fui casa et curte domnicata in loco et finibus, ubi dicitur Valliano prope Feruniano, et prope rivo Era, una cum quartam portionem de fundamento Eccl. illa cui vocabulum fui S. Fridiani sita infra eadem curte domnicata, pertinentes domui Epis. vestro S. Martini. De casalino, et curte vero ipsa domnicata una cum predicto fundamento et casalino cui vocabulum fui beati S. Fridiani, cum quartam portionem ex integrum de omnibus casis et rebus tam domnicatis quam et mas-

sariiciis ad ipso casalino ubi fuit casa et curte domnicata pertinentibus, que una ex ipsa casa et res integram esse videtur in predicto loco Valliano, que regere videtur per Auselmi massario; et ille alia quod est mediet. esse videtur in predicto loco Valliano, regere videtur per Dominicho Mar-dulo: et ille tertia casa et res esse videtur in loco Puligno, que recta fuit per qd. Lopitio massario, una cum quartam portionem ex integrum de omnibus petiis de terris seo vineis adque ortis, que esse videtur in locas et fundas ubi dicitur rivo Nonochi, et in loco ubi vocitatur Pinocclo, quidem ad ipso casalino ubi fui casa et curte domnicata sunt pertinentibus, cum fundamentis et omnia edeficiis vel universis fabricis suis, sen de curtis ortis terris vineis olivis silvis virgareis pratis pascuis, cultis rebus vel incultis, de omnia et in omnibus rebus tam domui-

catie quam et massariciis, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad ipso casalino ubi fui casa et curte domnicata, et a predicto casalino ubi fui Eccl. beati S. Fridiani, et a predictis casis et rebus domnicatis quam et massariciis sunt pertinentibus vel adspicientibus, et suprascr. denominatis hominibus massari exinde ad manus suorum abere et detinere videtur, mihi livell. nom. dedisti. Seo et dedisti mihi, idest medietatem ex integrum de una petia de terra illa, quod est vinea, que esse videtur in loco et finibus Montealto, pertinentes suprascripte Eccl. Epia. vestro S. Martini, tenentes uno capo in Valle fondalia, alio capo cum uno lato tenet in terra et vinea mea q. s. Sisemundo, et alio lato in terra Berardi presbiteri, et in aliquantulo in terra de filii qd. Cuneradi, que Cunitio vocabatur, de suprascr. petia de terra quod est vinea, qualiter ab omnis parte circundata est per designatas locas, ut dictum est, medietatem exinde ex integrum cum inferioribus et superioribus suis, seo cum accessionibus et ingressoras suas, mihi eas livell. nom. dedisti. Tali ordinem ut da admodum in mea q. s. Sisemundo vel de meis hered. sint potestatem suprascriptis casalinis et rebus quas mihi dedisti, eas abendi tenendi imperandi, laborare faciendi meliorandi, et nobis eas pri-

vatum nomine usufructuandi. Nisi tantum per omne censum et justitia exinde tibi vel ad posterisque success. tuis, per sing. annos per omne mense januario, censum vobis reddere debeamus ad suprascripto Epis. vestro, per nos aut per misso nostro, vobis vel ad misso vestro, aut a ministerialem illum quas in ipso domo pro tempore fuerit, argen. den. bon. expend. nom. triginta tantum. Et si a nos vobis hec omnia qualiter superius legitur, per sing. annos sic non fuerint adimpleta, et conservata, aut si suprascripta quartam portionem de predictis casalinis, seo casis et rebus quas mihi dedisti, relaxaverimus, vel si per nos pejorata fuerit: spondeo ego q. s. Sisemundo una cum meis heredes componere tibi q. s. Gherardus Epis. vel ad posterisque success. tuis penam argen. solid. centum, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos libelli Petrum not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.
 † Ego Sisemundo in oc libello a me facto subs.
 † Ego Petrus not. dn. imp. rogatus teste subs.
 Raineri not. dn. imp. rogatus teste subs.
 Teutpaldus iudex dn. imp. subs.
 † Ego Petrus not. dn. imp. post tradit. ec.

D O C U M E N T O MDCLXVII.

Nello stesso giorno ed anno il predetto Vescovo allivella al nominato Sisemundo la quarta parte dei beni della pieve di Marlia e S. Pancrazio. Arch. Arc. † F. 21.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarn. ejus nongentesimo nonagesimo primo, tertio kal. augusti, indit. quarta. Manifestus sum ego Sisemundo filio b. m. Siehelmi, quia tu Gherardus gratis Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest quartam portionem ex integrum de omnia et ex omnibus casis et rebus illis pertinentes Eccl. vestre S. Marie et S. Johan. quod est plebem batismale sita loco Marilla, cum quartan portione ex integrum de omnia et

ex omnibus casis et rebus pertinentibus Eccl. S. Pancratii. que est de suppotestate ipsius plebe vestra, quam plebe ipsa esse videtur de supregimine e potestate suprascripte Eccl. Epia. vestro S. Martini. Casis vero ipsis tam domnicatis quam et massariciis, sive Aldionariciis et tributareis, cum fundamentis et omnem edeficiis vel universis fabricis suis seu curtis ortis terris vineis olivetis silvis virgareis pratis pascuis, cultis rebus vel incultis, de omnia et in omnibus tam domnicatis quam et massariciis, quan-

tas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascr. Eccl. S. Marie et S. Johan Bapt. que est pleben batismale et S. Pancratii sunt pertinentes, ut dictum est, quartam portionem ex integrum mihi eas livell. nom. dare videor. Tali ordine ut da admodum in mea q. s. Sisemundo vel de meis hered. sint potestate suprascripta portione ex integrum de jam dictis casis et rebus quas tibi . . . eas abendi tenendi imperandi laborare faciendi meliorandi, et nobis eas privatam nomine usufructuandi. Nisi tantum pro omni censum et justitia exinde tibi vel ad posterisque success. tuis, per sing. annos per omne mense martio exinde censum vobis reddere debeamus hic Luca, ad pars suprascripte Eccl. plebis vestre per nos aut per misso nostro, vobis vel ad misso vestro,

sut ad ministerialem illum quas in suprascr. domo Epis. vestro pro tempore constituto fuerit, tantum den. bon. expend. numeros triginta et sex. Et si a nos vobis ec omnia ec. spondeo ego q. s. Sisemundo una cum meis hered. comp. tibi q. s. Gherardus Epis. una cum posterisque success. tuis penam argen. solid. . . . giuta, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos libelli Raineri not. scribere rogavi. Actum Luca.

† Ego Sisemundo in oc libello a me facto suba.

† Ego Petrus not. dn. imp. rogatus teste suba.

† Ego Teutpaldus iudex ec. suba.

† Ego Petrus not. dn. imp. rogatus ec.

† Ego Rainerius not. dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDCLXVIII.

Gherardo Vescovo allivella a Rainerio e Fraolmi figli del viceconte Fraolmi dei Montemagnesi una corte padronale a Vigesimo, con dieci case o mansi, e colla Chiesa di S. Pietro, nell'anno sudd. 991. Arch. Arc.
† A. I.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarn. ejus nongentesimo, nonagesimo primo, tertio kal. augusti, indit. quarta. Manifesti sumus nos Rainerii et Fraolmi gg. filii Fraolmi vicecomis, ipso genitor nostro nobis consentiente, et supter confirmantes, quia tu Gherardus gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ad censum percolvendum dedisti nobis, idest casa et curte illa domnicata, una cum Eccl. illa cui vocabulum est beati S. Petri sito loco et finibus Vigesimo, que est prope Arme et fluvio Arno. Casa et curte vero ipsa domnicata una cum omnibus casis et rebus ad eas pertinentes, et cum decem de ipsis casis et cassinis seo rebus, que de ipsa curte sunt pertinentibus, pertinentes suprascr. Eccl. Epis. vestro S. Martini; que una ex ipse casa et res regere videtur per Iddis massario; secunda regere videtur per Paldo massario; tertis regere videtur per Dominicho; quarta regere videtur per Amalberto; quinta regere videtur per Aggo massario; sexta regere

videtur per Leo; settima regere videtur per Moro massario; octava per Adam presb. nona detinet Marcho, decima detinet Joh. massario. Et nos de ipsis casis et rebus esse videtur in loco ubi dicitur Saturno, que regere videtur per Berto et Johan. gg. massarii. Casis vero ipsis cum predicta curte domnicata, et cum predictis casis et rebus tam domnicatis quam et massariis, seo predicta Eccl. que de ipsa casa et curte est pertinentes, cum fundamento et omnem edeficiis vel universis fabricis suis, seo curtis ortalias terris vineis olivetis castaneis quercietis silvis virgareis pratis pascuis, cultis rebus vel incultis, de omnia et ex omnibus rebus quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascripta casa et curte domnicata, domnicatis quam et massariis que de suprascripta curte sunt pertinentibus vel adspicientibus, et suprascr. denominatis hominibus exinde ad manus suorum abuerant vel abere videtur, in integrum nobis eas livell. nom. dedisti. Tali ordinem ut da admo-

dum in nostra q. s. Raineri et Fraolmi gg. vel de nostris heredibus, seo de illis personis hominibus, cui nos eas livell. nom. dederimus, vel abere constituimus et de eorum heredibus, sint et permaneant potestatem suprascripta curte cum omnibus casis et rebus ad eas pertinentes, cum predicta Eccl. quas nobis dedisti, eas abendi tenendi imperandi laborare faciendi meliorandi, et nobis eas privatam nom. usufructuandi, et in ipsa Eccl. S. Petri per nostram dispositionem officium Dei et luminaria, seo missas adque incensum continuo fieri debeam. Nisi tantum pro omni censum et justitia exinde tibi vel ad posterisque subcessoribus tuis, per sing. annos per omniem mense martio censum exinde vobis reddere debeamus ad pars Eccl. Epis. vestro S. Martini, per nos aut per misso nostro, vobis vel ad misso vestro, vel ad ministerialem illum, quas ibi pro tempore abueritis, argen. solid. undecim de bon. den. expend. duodecim den. per sing. solid. rationatos tantum. Et si a nos vobis ec omnia qualiter superius legitur per

sing. annos sic non fuerint adimpleta et conservata, aut si suprascripta curte cum omnibus casis et rebus ad eas pertinentes cum predicta Eccl. quas nobis dedisti, relaxaverimus vel si per nos pejorata fuerit: spondimus nos q. s. Raineri et Fraolmi gg. una cum nostris heredis comp. tibi q. s. Gherardus Epis. vel ad posterisque subcessoribus tuis penam argen. lib. quadraginta, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos libell. Gundalprandum not. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Raineri in oc libello a nos facto subs.

† Ego Fraolmi in oc libello a nos facto subs.

† Ego Fraolmi vicecomis genitor suprascripti germani consentientes.

† Ego Johannes iudex dn. imp. subs.

† Ego Ildebrandus not. dn. imp. rogatus teste subs.

† Ego Benedicto rogatus ec.

† Ego Gundalprandus not. dn. imp. post tradit. compl. et dedi.

DOCUMENTO MDCLXIX.

Item in Carfaniana. Lupolo reddit de suo manso sicale sist. iii, casios v, vervice i, den. xii, et facit opera ebdom. vii in anno. Martino reddit sicale sist. iii, casios x, vervice i, vinum sist. xxx, sacco i, pullos ii, ovas x, operas similiter. Dominicus reddit vervice i, den. xii, sacco i, casios x, pullos ii, ovas xi, operas similiter. Stefanus reddit vervice i, den. xii, sicale sist. iii, caseos v, sacco uno, pullos ii, ovas x, operas similiter. Dematiola reddit grano sist. xi, vervice i, casios v. Filio de Curfillano reddit sicale sist. v, vervice i, casios v. Johannes de Mutiliano reddit vinum mediet. vervice i, caseos v. Item de stationarii vel de orticella in circuitu civitate. Perisindo presbiter reddit de uno orto den. xii. Ardimanno presb. reddit de uno orto den. viii. Urso reddit de uno orticello den. vi. Martino de una mansiuncula reddit den. xii. Item Urso de una crota et uno orticello reddit den. xii. Item Prando de una grotta reddit dan. iii. Ato similiter, Auribrando similiter.

Sunt in summa angariales xviii, redditales lxii: reddunt censum argen. lib. v, solid. iii, dan. viii, porcos vii, verlices x, kapras v, edos v, pullos xlviij, ovas ccxxxv, formatici lib. xi.

Invenimus in S. Mauricio Ecclesia in honore ipsius Sancti. Casa indomincata i, kaminata i, kanava i, granario i, fenile i, curte orto. De terra dominicata ad seminandum mod. v: pratium ad fenum carratas v: vinea ad vinum anforas xi: oliveta ad oleum lib. xxx. Ursus facit angaria tres

dies in ebdomada, Taculo similiter, Andreas similiter. In Castanulo vinea i, et lavorata est ad medietatem. In Cornuta de terra ad seminandum mod. i. In Castanulo silva castanietas ad mod. ii.

Sunt in summa manentes iii.

Invenimus in villa Vecclano. Curte indomincata, casa i, kaminata i, kanova i, granario i, fenile i, curte orto. De terra indomincata ad seminandum mod. xxiii, prata ad fenum carratas xiiii, vinum ad anforas x, oliveta ad oleum lib. xx. Item de manentes Ildulo servus reddit de suo manso den. xc. Ghiso facit angaria tres dies in ebdomada, reddit pullos iii, ovas xx, kamisile i, et de una petia de vinea reddit vinum mediet. Johan. facit angaria tres dies in ebdomada, Leo similiter, Petrus similiter, Teuprandus similiter, excepto vinum non redde. Angiolo de Arena similiter. Teudo facit angaria tres dies in ebdomada. Tampulo de ipso loco Arena reddit pisces vii. Madalbertus de Urganiano facit angaria tres dies in ebdomada, reddit pullos iii, ovas xx. camisile i, armo de porco i, et de una petia de vinea reddit vinum medium, Bonus de ipso loco similiter, Andreas de ipso loco similiter, Martinus de ipso loco similiter, Rothbertus reddit de omne labore et vinum medietatem; et est campus in loco Casale ad labore mod. iii, vinea ad anforas i, Ursus habet mansionem et campos et vineas et est bovarius.

Sunt in summa manentes xi, reddunt censum argentum den. xc. pullos xxxvi, ova cc.

Invenimus in villa Quaratiana casa dominicata kaminata i, kanava i, granario i, fenile i, curte orto: terra dominicata ad seminandum mod. xii, vinea ad anforas viii, silva ad porcos saginandi iii. Item de angariales, Lambrandus facit angaria tres dies in ebdomada et reddit vinum anfor. i, Leobrandus similiter, Siculus similiter, Ermulo similiter, Gumpulo similiter, Lazarus similiter. Rendo reddit vinum mediet. et labore tertiam partem.

Sunt in summa manentes vii.

Invenimus in Elsa. Casa dominicata, kanava et granario fenile curte et orto; terra indomincata ad seminandum mod. xv,

pratium ad fenum carratas vi, vinea ad anfor. viii. Item de angariales, Tadulo facit angaria tres dies in ebdomada, et de alia sorte reddit den. xx. Teuspertus facit angaria tres dies in ebdomada, Albertus similiter, et reddit vinum anfor. ii. Teuspraudulo facit angaria tres dies in ebdomada. Item de terra Russula, Cardulo reddit vinum anfor. ii, den. xxx, vervice i, frumento mod. i, spelta mod. ii, pullos ii, ovas x. Ildulo similiter, Gumprandus similiter.

Sunt in summa manentes vii: reddunt censum argentum solid. vii, dan. vi, vervice iii, pullos vi, ovas xxx.

Invenimus in villa Capannule casas dominicatas ii, curte orto et alia edificia, terra dominicata ad seminandum mod. xii, vinea ad anfor. x, prato ad carratas ii, oliveta ad lib. v. Item de manentes, Waltone facit angaria dies tres in ebdomada, reddit pullo i, ovas v, Walbertus similiter, Ildibrandus similiter, Gauderisci similiter, Paulus similiter, Ciani similiter: inter isti toti reddunt den. vii.

Sunt in summa manentes vi: reddunt censum pullos vi, ovas xxx, den. vii.

Item de Furuniano. Atribertus de suo manso reddit lavorem mediet. et vinum mediet. pullos ii, ovas x. Grippo similiter, et inibi oliveto dominicato ad lib. xl.

Invenimus in Curnino casa dominicata, kanova, granario, fenile, curte, orto cum aliis edificiis, terra dominicata ad seminandum mod. l, pratium ad fenum ad carratas xx, vinum ad anfor. xii, et de redditum anfor. x, silva ad porci saginandi cc. Item de manentes, Dignibrandula de Celle reddit de suo manso solid. iii. Petrus de Monteburoli reddit den. xxx, vervice i. Item alius Petrus de eodem loco reddit similiter. Autbertus de ipso loco reddit vervice i, et facit iter, Dominicus et Ursolo faciunt angaria, et reddunt dan. xxx. Ilbertus de Valla facit angaria, reddit dan. vi, vervice i. Regulo de ipso loco similiter. Alpulo facit angaria tres dies in ebdomada. Rigulo de Casa-Lappi facit angaria dies tres in ebdomada, Albrandulo da ipso loco similiter, de casa Kalamandula facit similiter, Gumprandulo simi-

liter, Leudvinus reddit den. xxx, vervice i.

Sunt in summa manentes xiiii. reddunt censum argen. solid. x. verlices vi.

Invenimus in S. Georgio in loco Ravi casa dominicata, canava granario fenile curte orto ficaria; terra dominicata ad seminandum mod. l. Prato ad fenum carratas vii, vineas ad anforas xv, oliveta ad lib. c, silva ad porcos saginandi v. Item da manentes, Laurentius facit angaria dies tres in ebdomada, reddit vinum anforas i, porco i, vervice i. Stefanus facit angaria tres dies in ebdomada, reddit vinum anf. i. Prando facit angaria tres dies in ebdomada, reddit vervice i. Lupulo facit angaria tres dies in ebdomada. Gumpulo de S. Germano facit angaria dies tres in ebdomada. Larcharius reddit den. xxx. Atrifusolo reddit xxvii.

Sunt in summa manentes vii. reddunt censum argen. solid. iiii. et dan. vii. porco i, verlices iii.

Invenimus in Lacchise casa indominicata, Eccl. in honore S. Fridiani, Kaminnatas ii, canava i, granario i, fenile et alia edificia, curte orto: terra dominicata ad seminandum mod. xl, pratium ad fenum carratus viii, silva ad porcos saginandi c. Item de manentes Leuprandulo de Tufo facit angaria tres dies in ebdomada, reddit den. xii, vino anf. i, vervice i. Gaibrando similiter, Perteri similiter. Flaumundo facit angaria tres dies in ebdomada, reddit vinum anf. i, vervice i. Hermeradulo de Pastorale facit angaria per sing. menses ebdomada i, reddit porco i, vervice i, vinum anf. i. Gumpulo de Tatte facit angaria tres dies in ebdomada, reddit vinum anf. i, porco i, vervice i. Leutbrandus presbiter reddit. dan. xvi. Petrus presbiter reddit dan. xxx. Austrifusu de Murruno reddit dan. xxx. Filibrandus facit angaria sicut et illi aliis angariales.

Sunt in summa manentes viii: reddunt censum argen. solid. viii. et dan. iii, porco i, verlices v.

In Asilacto terra dominicata ad seminandum mod. x, prato ad fenum carratas v, vinea ad anf. i. Salinas alphas viii. In eodem loco manente uno nomine Leo reddit de suo manso vinum anf. ii, porco i, vervice l.

Hermibrandus de Calabrina reddit de suo manso vino anf. 1, porco 1, vervice 1, et facit iter. Silveater de eodem loco similiter. De pecunia que est in Craspugnana vinum reddit anf. 1.

Sunt in summa manentes m. reddunt censum porcos m, verlices m.

Sunt in summa manentes cml. reddunt censum argentum lib. vi, solid. xvii, por-

cos xii. verlices xxx. kapras v. pullos cv. ova cccclxxxv, casium lib. xl.

Potest seminare super totum mod. ccl. potest colligere vinum de vineas indomicatas, exceptum redditum, anf. c. fenum carratas Lxxvii, oleum lib. cclxxxv. silva ubi potest saginare porcos cclx.

D O C U M E N T O MDCCLIX.

Iscrizione posta al sepolcro del Vescovo Jacopo, e che conservasi in un codice del secolo undecimo dei sigg. Canonici della Cattedrale, probabilmente dell' anno 818.

Requiescit in hanc Eccl. Jacobus Epis. qui fundator fuit ipsius Eccl. Resurrectionis, et S. Crucis de Monte Oliveti, unde D. noster ad celos ascendit, et Ecclesia B. Petri, qui dicitur ad vincula, et restaurator Ecclesiae quae dicitur ad Praesepe, quae nuper diruta fuerat, et cum columnis ligneis altare ipsum fecit, et multas spurcitas ibi fiebant, nec officium, nec luminaria, nisi tantum in die dominico. Aestivo tempore missa celebratur sicut in hyeme. Modo

vero sacerdotes ibidem diurno et nocturno officium plenum peragunt, scilicet in Eccl. S. Martini, et libri Bibliothecarum instituit, sicut decebat in matrice Ecclesia. Fecit autem et Basilicam Apost. Jacobi et Philippi juxta murum hujus civitatis, quorum festa constituit esse kal. maji, quia antea non erat hic. Et constituit esse coenobium Ancillarum Domini, et introduxit ibidem Corpus B. Pontiani martiris, et commendavit eum B. Petri Apostoli ad Vincula.

D O C U M E N T O MDCCLX.

Ataprando piovano di Sesto ordina Gumprando prete nella Chiesa di S. Giorgio di Brancoli del luogo Pulsignana, nell' anno 826. Arch. Arc. † O. 5.

† In nom. Patris ec. Regnante dn. nostro Hludowicus sereniss. augusto, a Deo coronatus, magnus ec. anno imp. ejus tertiodecimo . . . Hlotharii gloriosiss. augusti filio ejus in Italia anno quarto, duodecimo kal. aprilis, indit. quarta. Manifestu sum ego Gumprandus presb. filio qd. *Peretei presbiteri*, quia tu At . . . dus presb. rector Eccl. Beate Dei Genitricis Marie sita in Sexto. per cartulam re. . . et gubernatorem ordinasti me in Eccl. S. Georgi sita in Pulsignana, pertenescentes Eccl. S. Marie, et tam in ipsa Ecclesia, quam et in omnibus
BARSOCC. APP. TOM. V. PAR. III.

casis et rebus ad ipsa Eccl. S. Georgi pertinentes in integrum ; ita ut ab hac die in mea sit et permaneat potestatem . . . resedendum, laborandum, meliorandum et usufructuandum, officium Dei et luminaria die noctuque in ipsa Dei Eccl. recto moderamine faciendum. Nisi pro justitia tibi . . . soribus tuis apparte predicte Eccl. S. Marie singulis annis per omnem kal. januarii . . . dare debeam den. bonos mundos bene per caput expend. num. triginta . . . medietatem offerta, quas Dom. in suprascripta Eccl. S. Georgi in die festiva-

tis nos . . . rit. et mandato vestro venire
deum legem et justitiam faciendam. . .
sic non adimplevero, et non conservavero,
sicut supra legitur, aut suprascripta Eccl.
S. Georgi et rebus ejus relaxavero, vel si
per me fuerit pejorata: spondeo ego q. s.
Gum. . . presb. componere tibi Ataprando
presb. vel ad success. tuis penam argen-
tum . . . centum, quia taliter inter nos
convenit; et duas inter nos cartulas Pe. . .
cler. not. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Gumprandus presb. in hac cartula
a me facta manu mea subs.
† Ego Gundalprandus not. rogatus ec.
† Ego Ermifridi rogatus ec.
† Ego Teuderadus not. rogatus ec.
Signum † ms. Teutperti filio b. m. Ru-
mualdi testis.
† Ego Petrus cler. not. post traditam ec.

DOCUMENTO MDCCLXI.

*Anualdo rettore di S. Ippolito di Aniano allivella ad Atriperto di Pa-
terno alcuni beni della sua Chiesa, nell' anno 847 o 848. Arch. Arc.
† L. 38.*

† In Dei nom. Regnante dn. nostro Hlo-
thario imp. augusto, anno Xto. propitio
imp. ejus postquam in Italia ingressus est
vigesimo sexto, quarto idus novembris,
indit. decima (*duodecima*). Manifestum sum
ego Atriperto que Petto vocatur filio qd.
Ati de Paterno, quia tu Anualdo presb.
rector Eccl. S. Epoliti quod est pleve bati-
stiane sita inter fluvio Arno et Arme, per
cartula livell. ordinem a lavorandum et
gubernandum dedisti mihi, idest una petia
de terra, et una petia de vinea ad uno te-
nente, pertenentes ipsius Eccl. S. Epoliti
in suprascripto loco Paterno: et sunt te-
nentes alio caput in terra Monast. S. Petri
cum uno latere, alio caput cum alio lato tene
in terra de filiis qd. Teuperti: petie ipsi
sicut circundate sunt per designatas locas
mihi eas a lavorandum ec. seo melioran-
dum dedisti in integrum. In tali ordinem
ut ego et hered. meis in isto anno expleto
in ipsa terra vacua vinea ponere et propa-
ginare debeamus. Et pro justitia exinde
tibi vel a successoribus tuis ad parte su-
prascripte Ecclesie, per singulos annos
usque in quinque anni expleti proximi ven-

turi, redere debeamus tertiam parte lavoro
quas Dominus exinde dederis, et de ipsa
vinea medietate vinum purum; nam post
ipsi quinque anni expleti, et ibi ipse vinea
levata et propaginata fuerit in ipsa terra
vacua, semper exinde vobis redere debea-
mus de ambo ipse vinee medietat. vinum
purum et lora. Et quando ibidem vos aut
misso vestro per vendemia super palmen-
tum veneritis, nos vos recipere ec. Et si a
nos vobis hec omnia sic non fuerint ec.
aut si nos suprascripta res relaxaverimus,
vel si aput nos pegiorata fuerint, et in ipsa
terra vacua in isto anno vinea non posue-
rimus et propaginaverimus, sicut supra pro-
misi: spondeo ego ec. componere tibi q. s.
Anualdo presb. vel ec. penam argentum
solid. viginti, quia taliter ec. et duas ec.
Teutpaldum not. scribere ec. Actum Luca.
Signum † ms. Atriperti qui ec.
† Ego Teufridi not. rogatus ec.
† Ego Adelpertus scavinus subs.
† Ego Liuderamus not. rogatus ec.
† Ego Adalmano rogatus ec.
Signum † ms. Albolfi filio qd. Kopprandi ec.
† Ego Teutpaldus not. post traditam ec.

DOCUMENTO MDCCLXII.

Geremia Vescovo allivella a Cunimondo scabino alcuni beni della pieve di Sesto, nell'anno 852. Arch. Arc. †† L. 49.

† In Dei nom. Regnante dn. nostro Hludowicho imp. augusto, anno Xto. propitio imp. ejus septembris, indit. quinta-decima. Manifestu sum ego Chunimundo Schabino gratia hujus S. Luc. Eccl. hum. Epis. per cartula livell. nom. ad censum idest res illa pertinentes Eccl. beate S. Marie sita loco Sexto, quod tam terris vineis silvis virgareis cultum ec. omnia et in omnibus rebus. ipsius Eccl. S. Marie est pertinentes: antiposito res illa quas Petro presb. filio S. Marie in jam dicta lochas, quas mihi menime dedisti. Nam illa alia quod inibi de. mihi dedisti. Tali tinore ut ab ac die in mea vel de meis heredes sint potestatem seo meliorare faciendum adque privatum fruendum. Nisi tantum pro omni censum success. tuis

ad parte ipsius Eccl. S. Marie, quod est plebe batismale in ipso loco, reddere debeamus vobis vel ad locho posito vestro qui pro tempore ibidem fuerit, per omne mense augusto denar bonos expend. Et si a nos vobis sic non adimpleveritis qualiter ec. vel si suprascripta res relaxaverimus aut si q. s. Chunimundo schabino una cum meis hered. comp. tibi q. s. Hieremias Epis. vel ad success. tuis inter nobis convenit, et duos inter nos libelli Atrualdum not. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Cunimundo scavinu in anc ec.

† Ego Adalfridi not. rogatus ec.

† Ego Deusdede rogatus ec.

† Ego Eriteo rogatus ec.

† Ego Atrualdus not. post traditam ec.

DOCUMENTO MDCCLXIII.

*Eriprando del fu Hldiprando cambia beni con Geremia Vescovo posti in Capannole ed altri luoghi, nell'anno 853. Arch. Arc. * G. 6.*

† In Dei nom. Regnante dn. nostro Hlotharius imp. augusto, anno imp. ejus postquam in Italia ingressus est vigesimo (trigesimo), pridie nonas januarii, indit. quinta (quintadecima.) Manifestu sum ego Heriprando filio b. m. Hldiprandi, quia convenit mihi una tecum Hieremias gratia Dei ec. ut inter nos comutationem de aliquanta res facere deberemus, ita et factum est. Proinde ego q. s. Heriprando per hanc cartula in comutat. dare videortibi q. s. Hieremias Epis. ad parte ipsius Eccl. vestre una petia de terra mea, quod est casalino in loco Capannule prope curte vestra S. Martini, qui uno caput tene in via publica, alio caput in terra dn. regine, lato uno in terra suprascripte Eccl. S. Martini, et alio latus in terra dn. regine; petia ipsa sicut per designatas locas ec. tibi in comutat.

dedi in integrum. Excepto exinde lignamen, et petre, et cum omnem edeficio seo movile de casa illa, quas infra suprascripta terra esse videtur, quas mihi reservo exinde tollendi et faciendi quod voluerimus. Similiter et dare videor tibi in comutationem una alia petia de terra mea ubi dicitur ad Fossa Rodaldi, qui uno caput tene in terra S. Savini, alio caput in terra dn. regine, lato uno tene in fossa que dicitur Radaldi, et alio lato in terra Ostrifusi. Tertia petia de terra dedi tibi in loco ubi dicitur ad Rivo, qui uno caput tene in ipso Rivo, alio caput in terra S. Savini, lato uno in terra Alamondi, et alio latus tene in terra S. Savini. Simul et dedi tibi in comutat. quarta petia de terra mea ubi dicitur ad Vepre Bunduli prope Ponte, et est uno capo tenente in terra S. Petri, alio caput in via

publica, lato uno in rivo, et alio lato in terra S. Marie. Et quinta petia de terra mea quod est prato ubi dicitur ad *Terminne*, qui uno caput tene in terra dn. regine, alio caput in terra S. Benedicti, lato uno in terra S. Marie et S. Fridiani, et alio lato in terra Eghini. Predictae quinque petie de terra, sicut circumdate sunt ec. quod sunt tote insimul ad justa pertica mensurate mod. decem et nove, et sist. undecim, tibi eas in comutationem dedi in integrum cum cesis et fossis seo arboribus suis. Anteposito casa et omnem mobile quem supra exceptavi. Et pro suprascr. quinque petie de terra recepi ad te in comutationem a parte suprascripte Eccl. una petia de terra quod est Cafagio in loco ubi dicitur Cantiniano prope fluvio Rogglo, pertinens Eccl. vestre S. Justii plebe batismalis, sita in loco Padule de suppotestat. domui Episcopatu vestri S. Martini; et est tenente uno caput in terra S. Petri de Monteviride et in terra mea, alio caput tene in fossa Docaria, quod est da partibus exorgente, lato uno tene in terra mea et in aliquantulo in silva S. Petri de Monteviride, et alio latus tene similiter in terra mea, et in aliquantulo in vinea S. Petri de Monteviride. Hec predicta petia sicut circumdata est per designatas locas, quod est per mensura ec. mod. decem et octo et sist. sicedecim et dimidio a te in comutationem recepi cum cesis et fossis, seo arboribus suis in integrum. Ubi et super hanc comutat. direxisti missos vestros, idest Bernardus presb. adque vicedom.

vestri, seo Alipertus presb. et Ebroac adque Alperto vassalli vestri, qui ambulaverunt ec. quod meliorata comutationem dedi apparte suprascripte Eccl. vestre quam recepissem, ut magis inter nos stabile permaneat. Unde promitto ego q. s. Heriprando una cum meis heredes, ut si tibi Berengarius Epis. vel ad success. tuis in aliquo de suprascr. terre quas tibi in comutationem dedi, intentionaverimus aut retolli quesierimus, vel ille homo cui nos eas dedissemus, aut dederimus per quolibet ingenio; tunc spondeo cum meis hered. componere tibi vel ad success. tuis predictae terre in duplum, infer quidem loco ec. et eas vobis usque ad legem defendere promitto. Nam si alter quisque homo venerit asque nostro et vestro conludio qui vobis in aliquo exinde cum legem tulerit, et eam vobis usque ad legem defendere non potuerimus; tunc nos vobis *intantum quantum* exinde cum legem *tultum* fuerit in consimile loco sub estimatione restaurare debeamus, quia taliter ec. et duas ec. Teufridi not. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Friprandus in anc comutatione a me facta m. m. subs.

Seguono i messi.

† Ego Gausprandu rogatus ec.

† Ego Johannes cler. scavinu subs.

Signum † ms. Andree filio b. m. Hlfridi testis.

† Ego Gumpertu rogatus ec.

† Ego Teudimundus rogatus ec.

† Ego Teufridi not. post traditam ec.

D O C U M E N T O M D C C L X I V .

Sichelmo del fu Simprando concede a Lopo del luogo Fabrica unu casa con beni, coll' obbligo di render la metà del vino e vinello, la metà del primo e secondo raccolto e dell' olio, nell' anno 859. Arch. Arc. †† H. 31.

† In Xii. nom. Regnante dn. nostro Hludowicho serenissimo imp. augusto, anno imp. ejus decimo, quartodecimo kal. decembris, indit. octava. Manifestu sum ego Lopo avitatore in loco Fabrica, quia tu Sichelmi filio qd. Simprandi per cartula livell. ordinem firmasti me, idest in casa tua illa quas abis in eodem loco Fabrica

prope Eccl. S. Andree, quas tibi ex comparatione obvenit da Donato ex genere Ebreorum: casa ipsa cum terris viveis cultis rebus vel incultis, omnia res ad ipsa casa pertinentes in integrum; exceptasti duo petie de terra quas Walperti da te abere videris. Tali ordinem ut ego vel meis hered. in ipsa casa residere, et habitare de-

beamus; et tam ipsa casa quam et res per sing. annos bene laborare et gubernare seo meliorare debeamus. Et pro justitia exinde tibi vel ad tuis hered. per sing. annos reddere debeamus mediet. vinum puro et lora; et medietatem lavore majore et minore, et mediet. oleo; et per omne mense aprile vobis reddere debeamus argen. den. bon. expend. numero nove pro ipse arboribus et orto: excepto in isto mense *aprile proximo* quas vobis menime reddere debeamus; et a mandato vestro venire debeamus in loco Pisa ad legem ec. Et si a nos

vobis sic non adimpleverimus ec. spondeo cum meis hered. comp. tibi, vel ad tuis hered. penam argen. solid. quinquaginta, quia taliter ec. et duas ec. Ghiselfridi not. scribere ec. Actum Luca.

Signum † ms. Lopi qui ec.

† Ego Chunimundus scavius subs.

† Ego Protassius not. rogatus ec.

† Ego Lampertus rogatus ec.

Signum † ms. Hdiprandi filio qd. Hdi-
fridi.

† Ego Teuderadus rogatus ec.

† Ego Ghiselfridi not. post traditam ec.

DOCUMENTO MDCCLXV.

Tassilo pievano di S. Ippolito di Aniano allivella a Teudimondo prete una casa massaricia posta presso S. Maria a Monte, nell' anno 898.
Arch. Arc. † Q. 4.

† In Dei Omnip. nom. Regnante dn. nostro Lambertus gratia Dei ec. anno imp. ejus sexto, duodecimo kal. aprilis, indit. prima. Manifestu sum ego Teudimundo presb. filio b. m. Atrimundi, quia tu Tassilo presb. rectore atque custode Eccl. S. Ipoliti, quod est plebe ec. sita loco Aniani, et B. Marie semper Virginis sita loco a Monte, per cartula livell. nomine ad censum ec. dedisti mihi, idest casa et res illa massaricias in ipso loco a Monte, pertenentes predictae Eccl. S. Marie, quas Urso massario ad manus suas abuit; casa vero ipsa cum fundamento et omnem edeficio suo, seo curte orto ec. omnia et in omnibus rebus, quantas ubique ec. in integrum mihi eas dedisti, una cum exemplar de illa ordinationis paginam; quas Petrus gratia Dei h. S. L. Eccl. h. Epis. de suprascripta Eccl. in te emisit, aut cum ipsa ordinationis pagina, quales exinde abere et ostendere potuerimus, nobis eas dedisti. Tali ordine, ut da admodum in mes q. s. Teudimundo presb. vel de una alia persona hominum, cui ego eas livell. nomine dederò vel abere ec. vel ejusque hered.

sint potestatem suprascripta casa et rebus abendi ec. et homines ibi ad residendum mittere debeamus, et nobis eas privato nom. usufructuandi. Nisi tantum pro omai censum ec. exinde tibi ec. ad pars suprascr. Eccl. S. Marie per sing. annos in mense octuber, censum vobis reddere ec. per nos ec. vobis ec. aut in ipsa Eccl. mittantur argen. den. triginta et sex boni expend. et homo ille qui in ipsa casa abitantes fuerit, nos eum ec. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego q. s. ec. tibi q. s. Tassilo presb. ec. penam argen. solid. centum, et hunc libellum omni tempore in suprascr. ordine in sua permaneant firmitate sub suprascripta penn et oblicatione, quia taliter ec. et duas ec. Teudimundo presb. in une libello ec.

† Ego Teudimundo presb. in unc libell. ec.

† Ego Gunteramo rogatus ec.

Signum † ms. Ariwanduli que Lamberto vocatur.

† Ego Cliffo rogatus ec.

† Ego Cunimundo rogatus ec.

† Ego Teudimundus not. post traditam complevi et dedi.

DOCUMENTO MDCCLXVI.

Inquisizione di beni appartenenti alla pieve di S. Maria di Agello, ma in gran parte lacera e mutilata, la quale sembra appartenere al secolo nono. Arch. Arc. † B. 70.

. malo ordine de per-
tenentia Eccl. S. Marie in Agello plebe
baptismalis. In primis duo petie de vinea
in Bunit et duo petie de vinea que
vocitatur Dasale, et duo petie de vinea ad
Fasinlare; et una petia de vinea ad Rivo
Gusti; et una petia de vinea ad Faule; et
una petia de terra. et alia petia de
terra a Pergulo, et una petia de terra quod
est Oliveto a Fontana; et abet exinde uno
manente ipsa casa pertenes
in Glozzano, ubi residet Teoprandulo, et
alia casa et res massaricia prope Glozzano
ubi reside Ursulo. Hec omnia detinet Aral-
do a parte S. Marie pisensis. Suprascripte
vinee ipse Araldo temporibus Petri Epia.
reddidit et investivit exinde a parte de ipsa
pleve S. Marie, pro eo quod exinde in-
quisitio facta fuit, et jurati dixerunt a Dei
Evangelie: Gumprando, Teudulo, Gavino,
Richulo, Domnuciulo, Agiperto, Teupran-

dulo, Cuniperto, Teufriduli et Teuspertulo,
Leupulo, Dominico, Cuneraldo. Isti omnes
jurati dixerunt ad Dei Evangelie, quod su-
prascriptam vinee per trigenta annos per-
tenuerunt de suprascr. pleve S. Marie, et
legibus pertenes esse deberent plusquam
S. Marie domui Episcopatu de Pisa. Sic
ipse Araldo postquam certa cogni.
veritas et deritto de ipse pleve revesivit
de ipse vinee parte de ipsa pleve, presentia
Liuttardi, Asperti, Mualdo, Clisso, Ghis-
lico filio Simeonis. Sindo postea se ibi rein-
troivit et detinet malo ordine ec. Randolfo
abet exinde malo ordine quinque mod. de
terra in Vizzana, et una petia de terra prato
io ipso loco Vizzana; in Settimo otto petie
inter vinea et terra cum una capanna, que
detinet de parte Adalprandi Maria Greca,
et tenuit exinde Oto nepus ipsius Adal-
prandi.

DOCUMENTO MDCCLXVII.

Teuperto suddiacono riceve a livello dal Vescovo Pietro le due Chiese di S. Giorgio e di S. Ilario di Brancoli, coll'obbligo di rendere ogni anno alla pieve di Sesto cui appartenevano 24 danari, nell'anno 900 circa. Arch. Arc. † L. 8.

.
. fundamento
ipso, cum curte orto terris vineis pratis pa-
scuis, cultis rebus vel incultis, omnia quan-
tum ad ipso fundamento est pertenes,
et suprascripto Tassilo exinde ad manus
suas abere videtur in integrum. Tali ordi-
nem ut ab ac die in mea qs. Teuperto subd.
vel de una alia persona hominum, cui ego
eas livell. nom. dedero vel abere consti-
tuero, sint et permaneat potestatem supra-
scripte Eccl. S. Georgii et S. Ilarii, seo
predicto fundamento et res abendi ec. et
in ipsis Eccl. S. Georgii et Ilarii per no-

stram dispositionem officium Dei et lumi-
naria, seo missarum solemnia fieri debeam.
Et pro omni censum ec. exinde tibi vel ad
posterisque subcess. tuis, per sing. annos per
omne mense januario, reddere debeamus
ad pars suprascripte Eccl. S. Marie, per nos
aut per misso nostro ad ipsa Eccl. S. Ma-
rie aut ad ministerialem illam quas ibi pro
tempore fuerit, aut in ipsa Eccl. mittantur
ad pars ipsius Eccl. S. Marie, argen. den.
bon. expend. num. viginti quatuor tantum.
Et si a nos vobis hec omnia, qualiter supe-
rius legitur, per sing. ann. sic non fuerint
adipliata ad conservata ad pars jam dicte

Eccl. S. Marie, quod est plebe batismalis, aut in suprascripte Eccl. S. Georgii et S. Marii cum omnibus casis et rebus ad eam pertinentes, sive predicto fundamento et res quas mihi dedisti, relaxaverimus, vel si per nos pegiorata ec. spondeo ego q. s. Teuperto subd. comp. tibi q. s. Petrus Epis. vel ad posterisque successoribus tuis pen. arg. solid. ducentos, quia taliter ec. et duas Petrum not. scribere ec. Actum Luca.

† Ego Teutpertus subd. in hunc libell. a me facto m. m. subs.
 Signum † ms. Aloni filio b. m. Angalperti.
 † Ego Teupertus rogatus ec.
 † Ego Fraolmi rogatus ec.
 † Ego Cunimundo rogatus ec.
 † Ego Benedicto rogatus ec.
 † Ego Petrus not. post traditam ec.

DOCUMENTO MDCCLXVIII.

Giudicato dell' imp. Lodovico a favore del Vescovo Pietro contro Lambert del fu Rodilando, che aveva occupato non pochi beni del vescovato, dell'anno 901. Arch. Arc. Arca dei Privil. N. 4.

Dum dn. Ludovicus imp. aug. a regali dignitate Romam ad summum imp. culminis apicem per santiss. ac ter beatiss. summi Pontificis et universalis papae dn. Benedictus dexteram advenisset, atque cum eodem reverentiss. Patre, cum sanctissimis romanis seu italicis Episcopis, adque regni sui ducibus et comitibus, ceterisque principibus et iudicibus, eorum nomina: Petro, Silvestro, Urso, Leone, Romano, Johannes, Allo, Bonoso, Gregorius, item Romano, Cosma, et item Gregorius Epis. hujus Romanie finibus, Adalbertus Lunensis, Adalbertus Bergomensis, Everardus Placentine, Garibaldus Novariense, Helbringus Parmense, Ildegerius Laudense, Ardingo Brixianense, Grasulfus Florentine, Albino Vulterrense, Petro Aretinense, et Erlando Fesulense, Asterius Pistoriense venerabilibus Epis. Adelelmo, Rottelbaldo, Gottfredo comitibus, Stefanus, Teofilattus, Gregorii, Omiculator, Graciano, Arrianus, Teodoro, Leo, Crescentius, Benedictus, Joannes, Anastasio iudices huic Romanie. Valpertus, Aquilinus, Farimundus, Vivenejus qui et Boderatus, Stabilis, et Stadelbertus iudices idem augusti. Petrus, Sicardus, et Teutelmus not. S. Palatii. Winigildus, Aubertus, Supo, et item Winigildus, et reliqui plures in Palatio, quod est fundatum juxta Basilica Beatiss. Petri principis Apost. in Laubia magiore ipsius Palatii: pariter cum eodem Summo Pontifice in ju-

dicio resedisset, adque de stabilitate S. Dei Omnip. Eccl. Regiquepublice statu diligenter tractare cepisset, singulorumque cause intente auribus sue clementie percipere conatus esset, atque cum multas hominum contentiones ibi juste et legaliter definirentur; ibique eorum presencia venerunt reclamandum Petrus Epis. S. Lucensis Eccl. una cum Eliazar qui Elbonizo filius qd. Eritei advocatus ipsius Eccl. Lucensis, et retulit ipse Petrus Epis. Jam plures vices me reclamavi ad vos dn. Ludovicus sereniss. augustus tam in civitate Papia, quamque et per alias locas, quod Lambertus filius qd. Rodelandi de civitate lucense injuste detineret casas et res juris prefate Eccl. lucense, nominative infra eadem civitate, seu ancilla una nomine Adreperga, adque et case et rebus illis nominibus quibus sunt positas Castellioni prope. . . Cornino, ubi dicitur Casale Lapi, Monterioni comitatu popoloniense, videlicet et petia una de terra ubi dicitur a Pulia, atque in loco et fundo Camiana prope fluvio Elsa, et in loco et fundo Quaraciana, ubi dicitur Miliano et Policiano, seu et in loco et fundo Miciano, atque et res in Conca: verum etiam et Eccl. unam fundatam in honore S. Mauricii in loco et fundo Filetuli. Unde vos dn. Ludovicus imp. idem Lamberti vestra epistola ad vestro anulo sigillata direxisti ad civitate Luca, veniret ibi exinde justitiam faciendam,

et cum in eadem civitate Luca adveniens distulisset, tunc hic civitatem Roma vestri venisset presencia justitiam faciendum, set eum minime ad placitum habere potuistis. Ideoque prout me de ipsis casis et rebus at parte ipsius Eccl. per Deum et anime vestre mercedis, salva querela investire faciatis, quousque ipse Lambertus ad placitum venerit, et mihi justitiam fecerit ut lex est.

Tunc ipse dn. Ludovicus imp. sue consuetudine misericordie motus, precepit Walteri Wassus et missus suo, ut eum de predictis casis et rebus salva querela a parte ipsius Eccl. investiret; et statim ibi presente ipse Walterius ex imper. jussione per fuste quam suis detinebat manibus, eundem Petrum Epis. et Eleazar advocato suo de predictis casis, salva querela a parte

ipsius Eccl. investivit, quousque ipse Lambertus ad placitum veniad, et justitiam faciat. Insuper misit bannum dn. imp. super ipsius rebus in mancosos auri duomila ut nullus exinde ec.

Et hanc noticiam judicati pro securitate idem Petri Epis. facere admonuerunt. Quidem et ego Thomas not. dn. imp. ex amonitione suprasc. missus et iudicium scripsi an. imp. dn. Ludovici primo, mense februario, indit. quarta.

† Ego Odelbertus Epis. in unc iudicato interfui et manu mea subs.

† Walpertus iudex dn. imp. interf.

† Aquilinus iudex dn. imp. interf.

† Farimundus iudex dn. imp. ec.

† Stabilis iudex dn. imp. ec.

† Hadelbertus iudex dn. imp. ec.

DOCUMENTO MCCCLXIX.

Donazione fatta ai sacerdoti, diaconi, e suddiaconi ordinati nella Chiesa di S. Martino da i re Ugo e Lotario della corte di Massarosa, e sue dipendenze, dell'anno 932. Arch. Arc. Arca dei Privil. N. 2.

† In nom. Dom. nostri J. Xii. Regis eterni. Ugo et Lotharius gratia Dei reges.

Quia decet regali magnificentie loca, sancta ditari atque venerari, et omnibus christianis de animabus parentum suorum atque sollicitudinem gerere. Ideo dignum duximus modo in presenti S. Martini Ep. locum Luce situm de hereditatis nostris in aliquod locupletari, ut et ipsis pro quibus offeritur ad refrigerium, et ipsis qui offerunt ad remedium proficiat sempiternum. Quapropter considerantes nos hoc, et in animo volventes, prece et admonitione kariss. fratris nostri Bosouis illustriss. Marchionis offerimus predicto S. loco pro remedio animarum Adelberti marchionis et Berte sereniss. comitisse karissimeque matris nostre predicto B. Martini Pontifici Ecclesieque sue site Luce, suisque fidelibus ibi pro tempore domino famulantibus, sacerdotibus scilicet et diac. et subdiac. quoque ceterisque ibi pro tempore ordinalis, videlicet curtem unam de jure proprietatis nostre pertinentem, quam predicta mater

nostra de patris nostri, suoque pretio comparavit, et dicitur *Massagraugi*, consistens in ipso Comitatu lucensi, cum terris et massariciis ibi juxte et legaliter modo in presenti pertinentibus; videlicet in loco *Mozatico* manentes duos. In *Arsitulo* manentes duos. In *Montisano* manentem unum. In *Ficéelo* manentes quatuor. In *Casule* manentes tres. In *Cerri* manentem unum. In *Scopeto* manentes duos. In *Plathano* manentem unum. Juxta ipsam curtem adiacentes manentes decem. In *Colezani* manentem unum. In *Panicale* manentem unum: qui omnes jam dicte curtis vicini esse videtur. In aliis locis et villis ad ipsam autem pertinentes, ad *Tojano* ultra Portam manentes quinque. A *Retiniano* ad *Turrim* juxta campum majorem manentem unum. In *Casule montanino* manentem unum. In *Balizano* manentes duos. In *Cerbajola* manentes unum. In *Bonzula* juxta Versiliam campum unum. Juxta Eccl. S. Angeli in *Cornuta* campum unum. Ad *Metato* campora duo, unum ex uno

latere Sercli fluminis, et alterum campum ex altero latere, unum caput tenet in terra S. Antimi, et alterum caput cum ambobus lateribus in terra S. Marie. Seù et petiolam unam de terra in insula juxta fluvium Sercli, cum omnibus pertinentiis ejusdem curtis, nostra preceptaria autoritate jam dicto S. loco concedimus, funditusque largimur, omnium Episcoporum penitus de eadem curte potestatem subtrahentes atque auferentes. Illud quoque rogamus, ut si aliqua necessitas illis fuerit de hac re Eps. illorum qui tempore fuerit, illis paterno amore subveniat, quemadmodum pastor bonus suis clericis facere debet. Jubemus denique, pleniterque statuimus, ut si unquam in tempore aliquis Eps. vel ipse qui nunc ibi presul est, super illos malo ordine surxerit, et de ipsa terra in aliquid aut super totum deminationem eisdem fratribus eorumque successoribus fecerit aut facere quesierit, et pro ipsa sacerdotum laceratione hoc clare factum fuerit, statim deveniat ipsa curtis cum omni sua integritate in potestate propinquioris parentis nostri, qui pro tempore fuerit, et tamdiu ipsa enim per hanc nostram jussionem teneat, donec Dominus talem pastorem eidem Ss. loco donet, qui hoc quod jubemus adimplere studeat. Igitur qui eam ipsis subtrahere quesierit pro perfiditate sua, eternam possideat maledictionem, interitumque sempiternum: et quod nobis et predictis animabus de-

buerat esse ad premium salutis sempiternae, illi sit ad augmentum damnationis perpetuae. Pro majori quoque securitate ipsorum quoque servorum Dei futuraque stabilitate, filium nostrum Lotharium nobiscum regnantem hoc preceptum nobiscum firmari corroborarique manu propria fecimus, concedentes eandem curtem predicto S. loco in prescripto tenore, una cum casis terris ec. salectis, sationibus, aquas aquarumque decursibus, montibus, vallibus, alpiibus planitiebus, olivetis, piscationibus, servis et ancellis utriusque sexus, aldionibus ec. et cum omnibus que dici vel nominari possunt ad eandem curtem que Massagrausi dicitur, juste et legaliter respicientibus in integrum, ut abeant predicti Dei servi, et predicta Eccl. solide et deliberate eandem curtem, quemadmodum mater nostra habuit, teneant firmiterque possideant proprietario jure, faciant de frugibus seu de redditionibus ejus quidquid voluerint, omnium hominum contradictione atque oppositione remota. Si quis igitur hujus nostri precepti violator extiterit, sciat se compositurus auri optimi libras centum, medietatem Cam. nostre, et medietatem predictae Eccl. clerici ibi pro tempore Deo servientibus. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manibus propriis roborantes de antlo nostro subs. annotari jussimus.

Signa Serenissimorum

Ughonis et Lotarii Regum

Petrus cancellarius ad vicem Gerlanni Abb. et archicancellarii recognovi et subs.

Data kal. julii, anno Incar. DCCCCXXXII. Regni autem dn. Hughonis piissimi Regis VI. dn. Lotharii item Regis II. Actum in civitate Luca feliciter.

DOCUMENTO MDCCLXX.

Altra donazione fatta agli stessi Canonici dai predetti re della corte di S. Petronilla di Massa macinaja, dell' anno 941. Arch. dei sigg. Can. Pluteo dei Privil. CC. Num. 4.

† In nom. S. et indiv. Trinitatis. Hugho et Lotharius divina favente gratia regibus.

Si sanctis et venerabilibus ex predium nostrarum rebus aliquid locis offerimus, instantis et future vite premium adipisci non titubamus. Quapropter omnium S. Dei Eccl. fidelium nostrorumque presentium et futurorum noverit universitas, qualiter pro Dei amore, animarumque Adelberti Marchionis, matrisque nostre Berte conjugis ejus, ac nostrarum animarum remedio quamdam curtem juris nostri S. Petronille nomine, que nobis hereditario jure ex parte ejusdem matris nostre evenit prope Massam macinariam conjacentem, cum cappella in honore ejusdem S. Petronille, cum mansis 20. in Massa macinaria, et duobus in loco Colugnole, nec non et pratis in Cepeto et in Turignana, atque vinea et campis in loco Turingo; nec non et vinea et terris in Paratiana, et aliquantula terra in Pontetecto, cum servis et ancillis, omnibusque rebus et familiis ad eandem curtem et Cappella pertinentibus, Eccles. Beati Martini, ubi caput Lucani Epis. esse dinoscitur, in usum et sumptum Canonicorum ibidem pro tempore Deo militantium, prout juxta et legaliter possumus, concedimus, donamus, atque largimur, et de nostro jure et dominio in eorum jus et dominium omnino transfundimus et delegamus, una cum casis, sediminibus, campis, terris ec. aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, montibus ec. servis et ancillis, aldionibus ec. cunctisque rebus et familiis juste et legaliter ad eandem curtem pertinentibus et respicientibus in integrum, quatenus Canonaci in Eccl. Beati Martini Deo famulantes, et pro animabus Adelberti Marchionis, matrisque nostre Berte conjugis ejus, et pro nobis Dominus exorantes, prefatam curtem cum

omnibus ad se pertinentibus, in integrum habeant, teneant, firmiterque possideant. Insuper etiam curtem illam, que Massagrausi dicitur, quam mater nostra de patris nostri, suoque pretio comparavit, quam etiam nos dudum prefate Eccl. B. Martini in usum et sumptum Canonicorum pro animabus Adelberti Marchionis matrisque nostre Berte contulimus, per hanc nostre preceptionis paginam confirmamus, pleniterque corroboramus, ut habeant teneant firmiterque possideant.

Statuimus ut Eps. loci nullam quoquam in tempore de prefatis cortibus potestatem habeat, neque inde se intromittat, nisi ad Canonicorum auxilium et salvationem. Et si quod absit, a potestate eorum prefatas cortes cum omnibus ad se pertinentibus, Epis. loci aut ullus invasor tulerit aut subtraxerit; tunc deveniant in jus et potestatem unius ex propinquieribus parentibus meis, tamdiu donec talis Eps. veniat, qui prefatas cortes in jure et potestate Canonicorum esse permittat.

Denique et plebem de Subgrominio in honorem S. Laurentii constructam, quam Conradus S. Lucane Eccl. Epis. loco quarte portionis ex decimis, predictae Canonice in usum et sumptum Canonicorum per scriptum concessit, per hoc nostrum preceptum confirmamus et corroboramus. Statuentes ut nullus Episcoporum eandem plebem a potestate Canonicorum tollere presumat. De cetero totius ordinis Canonicos predictas cortes et plebem cum omnibus rebus et familiis ad easdem cortes et plebem pertinentibus, cunctasque res et familias Canonicorum, sub nostram defensionem et Mundiburdium recepimus. Atque precipientes jubemus, ut nullus Dux ec. Si quis igitur hujus precepti violator extiterit, sciat se compositurum auri obtinere li-

bras centum, mediet. kamere nostre, et medietatem Canonicis in memorata Eccl.

Deo famulantibus, et insuper eterne damnationis ec.

Signa Piissimorum

Hughonis et Lotharii Regum

Gisiprandus cancell. ad vicem Bosonis Epis. et archicancell. recognovi et subs.

Data VII. kal. aprilis an. Dom. Incarn. DCCCCXLI. Regni vero dn. Hughonis Regis XV. et filii ejus Lotharii item Regis X. Ind. XIV. Actum Luca feliciter.

D O C U M E N T O M D C C L X X I .

Teudigrimo Vescovo allivella a Ildiberto della fu Ingalrada due pezzi di terra in Saltocchio, ed altri in Cerignana nell' anno 983. Arch. Arc. † A. 56.

† In nom. S. et individ. Trinitati. Regnante dn. nostro Otto gloriosissimus imp. augustus, filio b. m. Ottonis imp. anno imp. ejus sextodecimo, sexto kal. augusti, indit. undecima. Manifestus sum ego Ildeberto qui Adalberto vocatur filio b. m. Ingalrade que Inghitia vocabatur, quia tu Teudigrimus gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest duo petias de terris illis qui esse videtur in loco et finibus Saltuclo, pertinentes Eccl. vestre S. Vincentii, et S. Fridiani, que est fundata foras civitate ista lucense da partibus aquilonis justa fluvio Auserclo, que est de subregimine et potestate suprascr. Eccl. Epis. vestro S. Martini, qui una ex ipse petia de terra dicitur Paterno, tenentes uno capo in terra qui fuit qd. Popi capetiat, alio capo cum ambas lateras est tenentes in terra qui fuit qd. Ildebrandi comis. Secunda petia dicitur campo S. Fridiani, tenentes uno capo in terra S. Alexandri, et alio capo cum uno lato in terra qui fuit qd. Ildeberti, et alio lato tenet in terra inibi. Has suprascriptas duo petias de terris quomodo circumdate sunt per designatas locas, in integrum mihi eas livell. nomine dedisti. Seo et livell. nomine dedisti mihi, idest aliquantis petiis de terris et sterpetis que esse videtur in loco et finibus Cerugnana, quas Donato ad manus suas detinet, pertinentes suprascr.

Eccl. vestre S. Vincentii, et S. Fridiani; jam dictis petiis de terris qualiter ab omnibus in circuito eorum per capitas et lateras esse inveniuntur, et qualiter suprascr. Donato exinde ad manus suas abere et detinere videtur, in integrum mihi eas livell. nom. dedisti. Tali ordine ut da admodum in mea q. s. Ildeberto vel de meis hered. sint potestate suprascriptis duo petiis de terris et predictis aliis petiis de terris in suprascripto loco Cerugnano, quas suprascr. Donato exinde ad manus suas abere videtur, quas mihi dedisti, eas abendi tenendi ec. et vobis eas privato nomine usufructuandi. Nisi tantum pro omni censu et justitia exinde tibi vel ad posterisque successoribus tuis per sing. annos per omnem mensem noveber censum exinde vobis retdere debeamus hic civitate Luca, per nos aut per misso nostro, vobis vel ad misso vestro, aut a ministerialem illum quas ibi pro tempore abueritis, vel ad illum hominem qui eas pro tempore in beneficio abuerit, argen. den. bon. expend. numero sexaginta tantum. Et si a nos vobis ec omnia per sing. annos sic non fuerint adimpleta ec. spondeo ego ec. et Petrum not. scribere rogavi. Actum Luca.

† Ego Ildiberto in unc libellu a me facto subs.

Seguono altri testimoni.

† Ego Petrus not. post traditam ec.

DOCUMENTO MDCCLXXII.

Isalfredo Vescovo cambia beni nel territorio di Populonia con Rainerio e Guido del fu Rodilando, nell' anno 989. Arch. Arc. †† F. 22.

† In nom. Dom. J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarnat. ejus nongentesimo octuagesimo nono, quartum nonas junii, indit. secunda. Manifesti sumus nos Ragineri et Wido gg. filii b. m. Rodilandi, que Rogitio vocabatur, quia convenit nobis una tecum Isalfredus gratia Dei ec. ut inter nos de aliquantis rebus et terris, seo vinea et rebus comutationem ec. Proinde modo ego q. s. Ragineri et Wido gg. per hanc cartulam ec. dare et tradere previdimus tibi q. s. Isalfredus Epis. ad pars Eccl. Epis. vestro S. Martini: i sunt duo petiis de terris nostris illis, qua abemus infra comitato et territorio Populoniense in loco et finibus ubi dicitur Arniscano; una ex ipse petia de terra in suprascripto loco Arniscano tenentes uno capo in terra et vinea Suti filio b. m. Teutii, et in aliquantulo in terra suprascripti Epis. vestro S. Martini, et alio capo detinet in terra S. Petri de Monte Virde cum uno lato, et alio lato detinet in terra suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini. Et ille alia petia de terra in suprascripto loco Arniscano, tenentes uno capo cum ambas lateras in terra suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini et in aliquantulo in terra Suti, et alio capo detinet in terra mea q. s. Ragineri. Has suprascriptis petiis de terris in eodem loco qualiter ab omnis parte ec. quod sunt per mensura super totas ad justa perticha ec. mod. quattuor et sist. octo in integrum, cum inferioribus ec. seo cum accessionibus ec. tibi eas in comutat. dare ec. Et recepimus da te q. s. Isalfredus Epis. de pars suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini, idest una petia de terra cum vinea totas insimul amembratas tua illa quam abis infra suprascripto Comitato et territorio Populoniense in loco et finibus ubi dici-

tur Partinule, qui uno capo detinet in terra S. Petri urbis Rome, et alio capo . . . filio b. m. Rodulfo, et alio lato detinet in fluvio Cornia, et alio lato detinet in terra nostra. Has suprascripta petia de terra et vinea in eodem loco, qualiter ab omnis parte circumdata est ec. quod est per mensura ec. mod. duo et sist. uno in integrum, cum inferioribus ec. seo cum accessionibus ec. recepimus nos q. s. Raginerius et Wido gg. da te q. s. Isalfredus Epis. de pars suprascripte Eccl. ec. Ubi et super hanc ec. secundum legem tres homines Deum timentes quorum fides ammittitur. Hi sunt nom. eorum: Gherardo diac. filio b. m. Inghifredi, et Ughi filio b. m. Olberti, seo Teoperti filio qd. Cristine, quisuper eas ambulaverunt ec. Unde repromittimus nos q. s. ec. una cum nostris hered. tibi q. s. ec. aut eidem homini cui vos suprascriptis petiis ec. ut si nos vobis eas aliquando tempore in aliquod exinde intentionaverimus ec. nos vel ille homo cui nos eas dedissemus ec. Et si nos exinde autores dare volueritis, et eam vobis ab omai homines defendere ec. spondimus nos q. s. ec. comp. suprascriptis petiis ec. in duplum infer quidem ec. Si tamen si nos exinde autores nec defensores querere, nec dare nolueritis licentiam abeatis ec. quia in tali ordine anc cartule. . . dulfo not. du. imp. scribere ec. Actum in loco et finibus Valle . . . ubi dicitur Aqu

† Ego Ragineri et Wido qui ec.

† Gherardus levita qui super hanc ambulavit, et previdi sicut ec.

.

† Ego Allo rogatus ec.

.

DOCUMENTO MDCCLXXIII.

Teudigrimo del fu Gumperto della pieve di S. Saturnino compra beni a Spallioro presso Fabbrica da Erizia, nell'anno 993. Carta presso il Rev. sig. Can. Pietro Pera, già della casa Tegrini.

† In nom. Dom. Dei eterni. Anno ab incarnat. Dom. nostri J. Xti. nonagesimo tertio, octava calendas madias, indit. sexta feliciter Manifesta sum ego Eritia filia b. m. Petroni, et conjux Boniti idem filio b. m. Guicteradi, quia previdentes mea vere quarta portionem de cunctis casis et de omnibus rebus illis meis qui mihi per scripto ex morincapot venit de pars suprascripto vir meos, et ipsi rebus sunt positi in locus qui dicitur Spalliorum infra territorio de plebe S. Saturnini sito Fabrica: illa ipsa quartam portionem per consensum de suprascripto vir meus dare et venundare volo, et secundum legem vel edicti tinore interrogata sum a Gumpitio filio b. m. Gunterami, seo Amitio filio suo, et Petro filio b. m. Ricchardi propinquieris parentibus meis, ut si forsitan aliqua violentia ad ipse vir meus passa foisset aut non ego ab eis manifesta et professa sum, quia nulla violentia aut malitia ad ipso vir meus non sum passa, nisi per bona et spontanea mea voluntatem, et certa utilitate mea illa ipsa suprascripta quarta portionem, per consensu de suprascr. vir meus dare et venundare volo Modo vero ego suprascr. Eritia secundum convenientia nostra, et quia dare atque venundare et tradere previdi tibi Teudigrimo filio b. m. Gunberti, idest omnibus rebus illis sicut supra legitur, una cum arboribus pumiferis et infructiferis, cultum et inculatum, devisum et indevisum, movilibus et imovilibus, omnia nostra quartam portionem sicut supra legitur, ubicumque esse invenitur, omnia in integrum, eas tibi q. s. Teudigrimo venditionis nomine suprascripta do tibi ad possidendum. Pro quibus exinde pro ipsa suprascripta venditio mea ad te pretium recepit, sicut manifesta sum, inter nobis convenit, et inter argentum et alias movillas invalentes solidos

viginti finitam et deliveratum pretium tantum et suppletus sum. Unde ex eodem pretium amplius nulla exinde retinere dixit; eo tinore ita ut si ex ipsa nostra venditio ad qualemcumque omine pulsatis fueritis, et si forsitan ego suprascr. Eritia vel meis filiis et heredibus aut sumissa personam quem nos miserimus, vel per qualivet nostro factum vel oblicationem venerit per qualivet ingenium, cui vos eas ipsa nostra venditio mea dedissemus aut in antea dederimus, spondeo tibi q. s. Teudrimo vel ad tuis filiis et heredibus, aut cui vos ipsa suprascripta venditio mea vos datas aut traditas vel venundatas aut judicatas fuerit, vobis intentionare retollere aut contrare, aut minorare quesierimus; aut si eas ipsa suprascripta venditio mea vobis ad omne omine defendere non potuerimus, et eas nos vobis non defensaverimus, tunc duppla tanta et tale terra et vinea, quale tunc ipsa suprascripta venditio mea fuerit, ibique et consimile loco de propriis rebus meis vobis restituere et perexolvere debeamus. Et si vobis oportum fuerit, licentiam et potestatem abeat is omnino cum cartula ista in omnibus exinde causa agendum, querimonia faciendum, responsum rendendum, sine ponendum modis omnibus quomodo aut qualiter vel quomodo per melius potueritis, sicut ego suprascripta Eritia vel meis filiis et heredibus nos facere debuimus, quia in is omnibus modis anc cartula venditionis scribere rogavimus. Actum ad Spalliorum. Signum † ms. de suprascripto Bonitio quia in anc cartulam ad suprascripta conjux sua consensi. Signum † ms. de suprascripta Eritia qui anc cartulam fieri rogavit ec. Signum † ms. de suprascripto Gumpitio et Amitio et Petro propinquieris parentibus ejus.

Signum † ms. Ildibrandi filio b. m. Lambertii testis ec.
 † Ego Tebaldo rogatus ec.

† Ego Uberto rogatus ec.
 † Ego Winiatio not. scriptor post traditionem complevi.

DOCUMENTO MDCCLXXVI.

Gherardo Vescovo ordina il prete Beraldo della fu Marta, nella pieve del Salvatore, S. Frediano e S. Giov. Battista di Mozzano, nell'anno 995. Arch. Arc. †† F. 53.

† In Xti. nom. Qualiter ego Gherardus gratia Dei ec. una per consensum sacerdotum meorum ec. ordinare videor te Beraldo presb. qui Beritio vocatur filio b. m. Marte, in eo ordine ec. in Eccl. illa cui vocabulum est Dn. et Salvatoris et S. Fridiani et S. Johan. Batiste, quod est plebis batiamalis; que est posita in loco et fundo Mozzano, pertinentes suprascripte Eccl. Epis. nostro S. Martini. Jam dicta Eccl. Dn. et Salvatoris ec. te inibi ordinare et confirmare videor, ut in tua sit potestatem diebus vite tue, aliis Ecclesiis supergettas ipsius plebem Dn. Salvatoris ec. sive cum omnibus casis et rebus tam dominicatis quam et massariciis ad eandem plebem pertinentibus, cum fundamentis et omnem edificiis, vel universis fabricis suis, omnium et in omnibus rebus quantas ubique in qualibet locis . . . pertinentibus in integrum tibi eas dare videor. Seo et tibi dare videor ad pars sancta plebe, idest omnem decimationem da quedam villis illis, nuncupante Spulictiano, Sartiano, Cerreta, Trelictionem, Jaustri, Lunisava, Flucchi, Irneta, La Cune, Sala, Campo Martuli, Corsagna, Coffecti. Hec autem suprascriptis villis, sicut supra legitur, cum omnem redditum edibitionem, sive decimationem quam de ipsis villis pro tempore Dom. donare dignatus fuerit, et supradictam sanctam plebem pertinentibus, et de jamdictis villis consuetudi vel debiti sunt ad reddendum, tam de labore majore et minore, simulque de bestiis ec. in integrum tibi dare videor. Tali ordine,

ut in tua q. s. Beraldo presb. sint potestatem diebus vite tue, eas abendi ec. Tantummodo diebus vite tue in ipsa Eccl. quas tibi dedi, per te aut per tuam dispositionem officium Dei et luminaria, et missarum solemniam fieri debeant. qd. Gherardus Epis. vel a posterisque success. meis singulis quibusque annis obediendi ec. sic namque vero ut non abeas potestatem neque licentiam tu q. s. Berardo presb. de omnibus rebus ec.

Unde duo ordinationis cartule uno timore scripte sunt, una a pars ipsius Epis. nostro ec. et illa alia in tua q. s. Berardo presb. sint potestatem ec. Quam Benedictum not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca. Et hec ordinationis cartule facte sunt, an. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni, anno ab incarnationis ejus nongentesimo nonagesimo quinto, undecimo kal. aprilis, indit. octava.

. humilis Epis. in anc ordinationis cartula a me facta subs.

† Ildebertus archid. in anc ordinatione consensi et subs.

† Ego Stefanus archipresb. in anc ordinatione ec,

† Ego Johan. presb. et cantor in anc ec. onus in anc ordinat. ec.

.

† Ego Johan. presb. et cardia. in hanc ec.

† Albericus presb. et cardinalis ec.

† Ego Johannes diac. et cardinalis ec.

† Ego Petrus cler. et cardinalis ec.

† Ego Ildebrandus cler. consensi ec.

DOCUMENTO MDCCLXXV.

Il sudd. Vescovo allivella a Rodolfo un orto nel luogo Turingo, nell'anno 1001. Arch. Arc. †† S. 60.

† In nom. S. et Individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. Ottoni imp. et nepus b. m. itemque Ottoni imp. anno imp. ejus in Italia quinto, duodecimo kal. aprilis, indit. quartadecima. Manifestu sum ego Rodolfo filio b. m. Agifridi, quia tu Gherardus gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ec. idest una petia de terra illa quod est ortale, que esse videtur in loco et finibus Turingo, pertineates suprascr. Eccl. Epis. vestro S. Martini, et est tenentes ipse petia de terra uno capo cum uno lato in via publica, et alio capo cum alio lato tenet in terra mea q. s. Rodolfo. Has suprascripta petia de terra quod est ortale, qualiter ab omnis parte ec. in integrum, una cum inferioribus et ec. seo cum accessionibus ec. mihi eas ec. Tali ordinem ut da admodum in mea q. s. Rodolfo vel de meis hered. sint potestatem eas aben-

di ec. Nisi tantum pro omni censum ec. exinde tibi vel ad tuis posterisque success. per sing. annos per omne mense augusto censum ec. hic civit. Luca ad pars ipsius Epis. vestro S. Martini, per nos ec. argenden. bon. expend. numero sex tantum. Et si a nos vobis hec omnia ec. aut ai suprascripta petia de terra quas ec. relaxaverimus vel si per nos ec. spondeo ego q. s. Rodolfo una cum meis hered. comp. tibi q. s. Gherardus Epis. vel ad posterisque ec. penam argen. solid. viginti, quia taliter ec. et duas ec. Petrum not. dn. imp. scribere ec. Actum Luca.

Signum † ms. suprascripti Rodolfi qui hunc ec.

† Ego Rodolfo rogatus ec.

† Ego Leo rogatus ec.

† Gherardus judex dn. imp. subs.

† Petrus not. dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDCCLXXVI.

Majone Abb. di Sesto allivella a Lamberto ed Anselmo figli di Berta tre case massaricie in Cerbaja, nell'anno sudd. 1001. AE. N. 47.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Regnante dn. nostro Otto gratia Dei imp. augusto filio b. m. Ottoni imp. et nepus b. m. itemque Ottoni imp. anno imp. ejus in Italia sexto, undecimo kal. augusti, indit. quartadecima. Manifestu sum ego Majo in Xti. nomine Abbas Eccl. Monast. Domini et Salvatoris sito Sexto, quia per hanc cartula livell. nomine ad censum perexolvendum dare videor vobis Lamberto et Anselmo gg. filii Berte, idest medietate ex integra de tres cassine et res massariciis, que duo ex ipse cassine et res esse videtur in loco et finibus ubi dicitur Cerbaria; una ex ipse cassina et res regere videtur per Martino filio b. m. Vitali; et ille secunda cassina et res regere videtur per alio Martino filio b. m. Dominichi; et ille tertia cassina et res massaricias esse videtur in loco et finibus ubi dicitur Sancta

Mostiola, qui regere videtur per Teutio, pertinentes suprascripte Eccl. Monasterio nostro. De cassine et res vero ipse cum fundamentis, et omnem edeficiis vel universis fabricis suis, seo de curtis ortis terris vineis olivis silvis virgareis pratis pascuis, cultis rebus vel incultis, de omnia et in omnibus rebus quantas ubique in quolibet locis vel vocabulis ad suprascripte cassine et res est pertinentes, et suprascriptis denominatis hominibus massariis exinde ad manus suorum abere et detinere videtur, ut dictum est, medietatem ex integra, cum inferioribus et superioribus suis, et cum accessionibus et ingressoras suas, vobis eas livell. nomine dare videor: tali ordiuem ut da admodum in vestra q. s. Lamberto et Anselmo, sive Winitio germ. vestro, vel de vestris heredibus sint potestatem eas abendi tenendi imperandi gubernandi

laborare facienda meliorandi et nobis eas privatim nomine usufructuandi. Nisi tantum pro omni censum et justitia exinde mihi vel ad posterisque success. tuis (*meis*) per sing. annos per omne mense october censum exinde nobis reddere debeatis ad pars suprascripti Monasterio nostro, per vos aut per misso vestro nobis vel ad misso nostro, vel ad ministerialem illum quas in ipso Monasterio pro tempore abuerimus, argen. den. bon. expend. num. decem et octo tantum. Et si a nos vobis hec omnia qualiter superius legitur per sing. annos sic fuerint adimpleta et conservata, et nos vobis suprascripta medietatem de supraser. cassinis et res quas vobis dedit, retollerimus vel aliquit amplius vobis superimposueri-

mus per quolibet ingenio: spondeo ego q. s. Majo Abbas una cum posterisque success. meis componere vobis q. s. Lamberto et Anselmo seo Winitio gg. vel de vestris hered. penam argen. solid. quadraginta, quin taliter inter nos convenit, et duos inter nos libelli Hubertum not. et judex dn. imp. scribere rogavi. Actum in loco et finibus ubi dicitur Tectiana prope Foliano.

† Ego Majo Abbas in hoc libello a me facto subs.

† Ego Johan. judex dn. imp. subs.

† Ego qui Alboni vocatur filio b. m. Hottitii rogatus subs.

† Ego Humbertus not. et judex dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDCCLXXVII.

Leone giudice promette ajuto al Vescovo Gherardo per ricuperare dalle mani di Farolfo le pievi di Vorno, di S. Macario, e S. Stefano, nell'anno sudd. 1001. Arch. Arc. † G. 43.

† In nom. S. et Individ. Trinitatis. Otto gratia Dei imp. augusto, filio b. m. Ottoni imp. et nepus b. m. itemque Ottoni imp. anno imp. ejus in Italia sexto, nonas augusti, indit. quartadecima. Manifestum sum ego Leo judex dn. imp. filio b. m. item Lei qui fuit judex dn. imp. quia tu Gherardus gratia Dei ec. dedisti mihi meritum pro solid. centum, propterea per hanc repromissionis paginam repromitto tibi, ut da admodum in antea ego q. s. Leo judex tibi q. s. Gherardus Epis. adjutor esse debeam de placitum et contemtionem quas tu q. s. Gherardus Epis. abueritis cum Farolfo germano meo de Eccl. plebis cum suorum pertinentiis que sunt positus, una ex ipse esse videtur in loco et finibus Eovurno, cui vocabulum est S. Petri et S. Johan. Batiste, et ille alia cui vocabulum est S. Machari sito loco Pompiano; et ille alia dicitur S. Stefano, quas quidam Leo judex genitor noster per libellum abuit da Teudigrimus Epis. lucensis, et da suis antecessoribus, ad bonam et rectam fidem, escepto de meo abere donandum. Seo repromitto tibi da admodum in antea ego q. s. Leo judex suprascripto Farolfo germ.

meo de suprascripta Eccl. plebis cum suorum pertinentiis, quas suprascripto qd. Leo judex genitor meus per libellum abuit da Teudigrimus Epis. et da suis antecessoribus, et tu q. s. Gherardus Epis. dedisti per libellum suprascr. Farolfi germ. mei, adjutor esse non debeam adversus te q. s. Gherardus Epis. neque de placitum neque de contemtionem per nullum ordinem. Unde repromitto ego q. s. Leo judex una cum meis hered. tibi q. s. Gherardus Epis. ut si ego q. s. Leo judex vel meis heredes tibi q. s. Gherardus Epis. taliter non adimpleverimus et non conservaverimus, sicut supra promisi, tunc spondeo ego ec. comp. tibi q. s. Gherardus Epis. penam aurum obtinum libras decem, quia taliter inter nos convenit, et ita in oc ordinem hunc promissio Petrum not. dn. imp. scribere rogavi. Actum Luca.

† Leo judex dn. imp. in oc propissio a me facto subs.

† Ego Teudilascius rogatus ec.

† Ego Fraolmi rogatus ec.

† Ego Tea . . . us not. dn. imp. rogatus ec.

† Petrus not. dn. imp. traditam ec.

DOCUMENTO MDCCLXXVIII.

Donazione fatta all' Abb. di Fucecchio da Lotario del fu C. Cadulo, dell' anno sudd. 1001. Arch. Arc. †† P. 23.

† In nom. Dom. Dei eterni. Otto gratia Dei tertius imp. augustus, anno imp. ejus sexto, tertiadecima kal. decembris, indit. quintadecima feliciter. Et ideo Xto. auctorem ego qd. Lotharius comis filio b. m. Kaduli item comis, quia pro Dei timore et remedium anime mee, seo et pro remedium anime b. m. Kaduli genitor meus, et Gemme genitrice mea, seo pro anima Hadelasie filia b. m. Willelmi, que est vocata cognus mea, per anc cartulam offerisionis nomine a presenti die dare et offerere adque confirmare previdi inne Ecclesia Monast. Domini Salvatoris et S. Marie, que est posita in loco que nominatur Burgonovo prope fluvio Arno, ubi modo Sichelmus presb. et Abbas vocatur preesse videtur, idest integre quattuor sortis et rebus illis, que sunt posite duo ex ipse in loco que dicitur S. Vito; una regitur per Petrus *Quaruccia*; et alia per Petrus *Gallone*; et illa tertia sorte est posita in loco Rugiana, que regitur per Bonitio massario; et illa quarta sorte est posita in loco qui dicitur Capo de Helsa, que modo regitur per Barotio *Trecco* et fratribus suis. Et insimulque dare et offerere previdi in ipsa Eccl. et Monasterio, id sunt in . . . sex servis juris meis, nomina Fusculo, Mantio, Johannes que Cerebulo vocatur, Bentio, que et Beritio vocatur, et Ghero germano ejus, Martinus, et Stauntio. Ideo predictae sortis et cum casis et *cascine*, edeficiis, seo curtis, ortas terris vineis, campis, pratis, silvis, arboribus pumiferis divisio et indivisio cum movile et inmovile, omnia et in omnibus ubique de ipse predictae sortis et rebus superius legitur esse invenitur, et una cum ipsis jam dictis servis juris meis propriis in potestatem ipsius Monasterium secure abere et tenere debea-

tis, ut omnis tempore tam ipse sortis, quam et ipsis servis ipso Monasterio suisque rectoribus firmum et stabilem permaneat semper. Et si forsitan ut ullus quislibet de hered. meis, seo quolibet oposita persona seo masculum aut femina, que contra anc cartulam offerisionis ire quandoque tentaverit, aut eam per quolibet ingenium infringere quesierit: vel si ipse predictae sortis et ipse persone servi, qui superius legitur, de potestatem de ipso Monasterio et de ejus custodibus retollere aut contrare, vel minorare, aut alienare presumpserimus. Et si ego Lotharius comis vel meisque heredib. de omnem adversa parte ipse sortis et ipsis servis de ipso Monasterio defensore distullerimus, et non permanserimus in ea omnia, qualiter superius legitur: tunc qui hoc facere presunserit da Deum omnipotentem, et da trecenti decem et octo Sanctorum patrum habeat maledictionem, et contra dic. in perpetuum peread ille sicut perierunt Anania et Saphira, qui fraudaverunt pecunia Apostolorum, et sic deglutiant, qualiter evenit super Datam et Abirom, et omnes maledictiones pessimas conti. quem Dominus in sacris libris constat in inimicis suis firmare constituit, et anc cartulam videlicet ordine sicut superius legitur, firmam et stabilem prope illa Torre Judiciaria florentina.

Signum † ms. predicti Lotharii comis qui anc cartulam offerisionis ec.

† Petrus umilis judex subs.

† Ego Albuini rogatus ec.

† Ego Albuini rogatus ec.

Signum † ms. Widoni filio Gherardi rogatus ec.

† Ego Petrus not. et judex scripsi.

DOCUMENTO MDCCLXXIX.

Privilegio del re Arduino conceduto all' Abbadessa Adalberga e alle altre monache di S. Salvatore in Brisciano, confermativo dei beni che possedevano, dell'anno 1002. Arch. di S. Giustina, già estratto da Franc. Maria Fiorentini nel gennajo del 1659 ed ora non più leggibile e mutilato nell' originale.

† In nom. S. et individue Trinitatis. Arduinus divina favente clem. rex. Omnium fidelium S. Dei Eccl. nostrorumque presentium scilicet et futurorum noverit universitas, Bertam nostram dilectissimam conjugem nostre celsitudinis exorasse clementiam, quatinus pro Dei amore, animarumque nostrarum remedio Adalpergam Abbatissam cum monachibus in Monasterio Domini et Salvatoris, qui dicitur Brisciano Domino militantibus in usum et sumptum, in Flexo manentes quinque, in Tempaniano unum, in Turre quinque et sundrium unum, in Castagnulo manentes octo cum domnicato, salinas omnes que ad ipsum pertinent Monasterium, Cafagio domnicato in Flexo terras et vineas cum orto que ad ipsum pertinent Monasterium, et alias petias de terras que sunt prope Flexum, et olivetum quod ibi pertinet; in Petrulio manentem unum, in Vacule pecias de vineas duas, a Caprugnano manentes tres, in Saltucello manentes quinque, et una petia de vinea, et unum sundrium domnicatum, in Fraca manentes quatuor, in Piscia manentes decem, cum terris et vineis domnicatis, in Rotta Eccl. unam cum massariciis tribus, et cum terris et vineis domnicatis, in Paganico manentem unum, petias de prato tres in loco qui dicitur Petronaco, et alias petias de prato quatuor, in Tassiniano massarium unum, in Petrugnano massarios quatuor, in Puliciano massarium unum, sorte unam in Massa, in Quiesa massario unum, a Caprile massarium unum, per nostri precepti paginam donare, concedere, confirmare et corroborare dignemur. Cujus petitionibus aures accomodantes, pro Dei amore nostrarumque animarum remedio prenominatis monachibus in prefato Monast. Dom. et Salvatoris qui in Brisciano dicitur Dominum

militantibus in usu et sumptum, in Flexo manentes quinque, in Tempaniano unum, in Turre quinque et sundrium unum, in Castagnulo manentes octo cum domnicato, salinas que ad ipsum Monast. pertinent, Cafagio domnicato in Flexo, terras et vineas in Flexo cum omnibus que ad ipsum pertinent Monast. et alias petias de terra que sunt prope Flexo, et olivetum quod ibi pertinet, de Petrulio manentem unum, in Vacule petias de vineas duas, a Caprugnano manentes tres, in Saltucello mansos quinque, et una petia de vinea, et unum sundrium domnicatum, in Fraca manentes quatuor, in Piscia manentes decem cum terris et vineis domnicatis, in Rotta Eccl. unam cum massariciis tribus et cum terris et vineis domnicatis, in Paganico manentem unum, petias de prato tres in loco qui dicitur Petronaco, et alias petias de prato quatuor, in Tassiniano massarium unum, in Petrugnano massarios quatuor, in Puliciano mass. unum, sortem unam in Massa, in Quiesa massar. unum, a Caprile mass. unum, prout juste et legaliter possumus, per hoc nostrum preceptum donamus concedimus confirmamus et corroboramus, una cum casis sediminibus terris vineis pratis pascuis montibus vallis, aquis aquarumque decursibus, molendinis piscacionibus, servis et ancillis, aldibus et aldionibus, omnibus rebus mobilibus et immobilibus, cum omnibus ad prenominata Abb. pertinentibus in integrum. Insuper etiam concedimus et confirmamus per hanc nostri precepti paginam, atque inviolabili auctoritate, ut quandoquidem Abbatissa de ipso Monast. ex hac luce migraverit, qualem digniorem ac meliorem vobisque fidelem inter se ipsa congregatio elegere voluerit Abbatissa, licentiam habeant eligendi ac faciendi Abbatissam; eam scilicet ratione

quatinus monache in jam dicto Monast. pro tempore Deo militantes, pro nobis atque successoribus nostris Domini misericordiam exorare valeant. Precipientes itaque jubemus ut nullus dux, marchio, Archieps. Epis. comes, vicecomes vel aliqui regni nostri magna parvaque persona predicto Monast. de jam nominatis rebus disvestire inquietare vel diminorare audeat.

Si quis autem hujus nostre. violator, sciat se compositurum auri optimi libras centum, medietatem camere nostre, et medietatem Abbatise atque monachibus in sopradicto Monast. Deo militantibus. Quod ut verius credatur, diligenterque ab omnibus observetur manibus propriis supter firmavimus, et sigilli nostri impressione inferius eum sigillari jussimus.

Signum domni Ardoini

Regis

Locum sigilli cerei deperditi

Canibertus cancellarius vice Petri Cumani Episcopi et archichancellari recognovit.

Acta XI. kal. septembris an. Dom. Incar. mille II. indit. XII. An. vero du. Ardoini regis primo. Actum Papie in Dei nom. feliciter. Amen.

Ex originali apud moniales S. Justine jam vocatas S. Salvatoria de Brisciano in Saeculo M. N. 2. extraxi ego Franciscus M. Florentius die IX. januari 1659 manu propria.

D O C U M E N T O M D C C C I . X X X .

Grimizzo Vescovo allivella a Giovanni del fu Benedetto dei Signori di Suggrominio la terza parte dei beni e decime della pieve di S. Paulo, nell' anno 1014. Arch. Arc. † B. 41.

† In nom. S. et indiv. Trinitatis. Henricho gratia Dei imp. augusto, anno imp. ejus primo, tertio kal. aprilis, indit. duodecima. Manifestus sum ego Johan. filio b. m. Benedicti, quia tu Grimizzo gratia Dei ec. per cartula livell. nom. ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest tertiam portionem ex integrum de omnibus casis et rebus illis pertenentes Eccl. plebis vestre beati S. Pauli et S. Johan. Battiste, quod est plebem baptismalis sito loco et finibus Gurgite, quem plebem ipsa esse videtur de subregimine et potestate suprascripte Eccl. Epis. vestro S. Martini; casis vero ipsis tam domnicatis quam et massariciis cum fundamentis et omnia edeficiis vel universis fabricis suis, seo de curtis ortis terris vineis olivis virgareis pratis pa-

suis, cultis rebus vel incoltis, omnia et in omnibus casis et rebus tam domnicatis quam et massariciis, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascriptam S. plebem beati S. Pauli et S. Johan. Batt. est pertinentes, ut dictum est, tertiam portionem exinde ex integrum mihi eas livell. nomine dedisti mihi. Seo et livell. nomine dedisti mihi, idest tertiam portionem ex integrum de omne redditum et edibitionem illa, quantas singulis hominibus qui sunt abitantibus in villis que dicitur Mugnano, Turingo, Paractiana, Carraris, Ponteferrato, Pomajo, Tassiniano, Valiano, Rocta, Cafagio, vel alibit abitantes, singulis quibusque annis ipsius Eccl. plebis vestre S. Pauli et S. Johan. Batt. consuetudi vel debiti sunt redendum, adque in antea ibi-

dem habitantes fuerint ad redendum, tam labore quam et *vinum* simulque bestiis aut de qualibet frugibus terre, vel de qualibet movilia. Jam dictum redditum et edibitionem quantas singulis hominibus sunt abitantibus in predictis villis adque in antea ibidem habitantes fuerint, vel alibit ubicunque abitantibus, singulis quibusque annis ipsius Eccl. plebis vestre consuetudi vel debiti sunt redendi, adque in antea in ipsa S. plebe consuetudi vel debiti sunt ad redendum, ut dictum est, tertiam portionem exinde exintegrum mihi eas livell. nomine dedisti. Tali ordinem, ut da admodum in mea q. s. Johannis vel de meis hered. sint potestatem suprascriptis casis et rebus ec. et jam dictum redditum edibitionem per sing. annos requirendi et recoiliendi, et nobis eas privatim nomine usufructuandi. Nisi tantum pro omni censum et justitia exinde tibi vel ad posterisque success. tuis, per sing. annos per omne mense magio, censum exinde vobis rendere

debeamus hic Luca ad suprascripto Epis. vestro S. Martini, per nos aut per misso nostro, vobis vel ad misso vestro, aut a ministerialem illum quas in ipso domum pro tempore fuerint, vel ad illum hominem qui ipsum censum in beneficio abuerit, argen. den. bon. expend. numero triginta et duo tantum. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ego q. s. Johan. una cum meis hered. componere tibi qui supra Grimizo Epis. vel ad posterisque success. tuis penam argen. obtimi libras decem, quia taliter inter nos convenit, et duo inter nos libelli Petrum not. du. imp. scribere rogavi. Actum Luca.

† Ego Johannes in hoc libello a me sacro subs.

† Ego Wido not. dn. imp. rogatus teste subs

† Ego Flaipertus rogatus teste subs.

† Ego Sighibertus not. dn. imp. rogatus teste subs.

† Ego Petrus not. dn. imp. post tradit. ec.

DOCUMENTO MDCCCLXXXI.

Il sudd. Vescovo allivella o dà in feudo a Gherardo detto Moretto figlio del fu Gherardo dei Montemagnesi la intera metà dei beni e decime della pieve di S. Pietro di Neure, la quinta parte dei beni e decime della pieve di Camajore, la metà dei beni e decime di Pescia maggiore, tutti i beni e decime della pieve di S. Pietro in Campo, ed infine cede al medesimo 45. soldi annui che al vescovato pagava Ildebrando giudice per la pieve di Arriana, con altri dieci annui soldi che Sigefredo allo stesso vescovato pagava per la pieve di S. Lorenzo di Vajano, coll' obbligo di rendere ogni anno soltanto soldi 32, nell' anno 1017. Arch. Arc. AF. 28.

† In nom. S. et indiv. Trinitatis. Henrichus gratia Dei et Dom. nostri J. Xti. imp. agosto, anno imp. ejus in Italia 3, *inditione quartadecima.*

Manifestus sum ego Gherardus que Morecto vocor filio b. m. item Gherardi, quia tu Grimizo gratia Dei ec. per cartulam livell. nom. dedisti mihi, idest medietatem ex integra de omnibus casis et rebus illis pertinentes Eccl. plebis vestre cui vocabulum est S. Petri et S. Johan. Baptiste sito loco et finibus Neure, quem plebem ipsa ec. de casis vero ipsis tam domnicatis ec.

cum fundamentis ec. cultis rebus vel incultis ec. mihi eas livell. nomine dedisti. Seo livell. nom. dedisti mihi, idest mediet. ex integra de omnem redditum et edibitionem quantas singulis hominibus qui sunt abitantibus in villis illis, que nuncupantur de Corlo, Suffiano, ville Montecatini, Coppia, Dorolano, Perignano, Vorasiano, Montecumuli, Groagnano, Cerbiano, Calmuto, Interaguliano, Molazano, Corsano, Cuno, Castellari, Morlatico, Valleponi, aut in aliis villis ec. . . . mihi eas livell. nom. dedisti. Atque livell. nomine dedisti mihi,

idest quintam portionem ex integra de tres inter casis et casalino seo rebus illis pertinentes Eccl. vestre S. Johan. Baptiste S. Marie et S. Stephani quod est plebem ec. sito loco et finibus Campo majore ec. que una ex his case et res dicitur Querceto, regitur per Dominico, secunda quod est casalino et res dicitur a Campo, que detinet Martino, et illa tertia quod est casa esse videtur in loco Traversaria, que regitur per Johan. filio Tercilliani ec. Simulque livell. nom. dedisti mihi, idest quintam portionem ex integra de medietate ex integra de omibus terris et curtis illis que esse videtur in circuito ipsius Eccl. plebis vestre, et vinea in loco Cassise, et de terra et silva in loco Colugaula, et terra et vinea in loco Quercuitana, pertinentes jam fate Eccl. plebis vestre, ec. Simulque livell. nom. dedisti mihi, idest quintam portionem de medietate de omne redditum et edibitionem illam quantas singulis hominibus abitantibus in villis illis nuncupante Corsanico, Campomajore usciano, Notiatico, Nocce, Torcilliano, Traversaria, Montemagoo . . vel aliis villis abitantibus ec. . . simulque de bestiis aut de qualibet frugibus terre ec. Quidem et livell. nomine dedisti mihi, idest medietatem ex integra de omnibus casis et rebus illis pertinentes Eccl. plebis vestre cui vocabulum est beate S. Marie et S. Johan. Bapt. quod est plebe ec. sito loco et finibus Piscia majore prope Ferraria, quam plebem ipsa esse videtur ec. Casis vero ipsis tam dominicatis ec. seu terris, vineis, olivis ec. quantas in qualibet locis ec. sunt pertinentibus, medietate exinde ex integra mihi eas livell. nomine dedisti. Seo et livell. nom. dedisti mihi, idest omnem redditum et edibitionem illam quantas singulis hominibus ad predicta Eccl. in quacumque villis abitantibus fuerint ec. consuetudi vel debiti sunt ad reddendum ec. tam de vino, labore, oleo, fenum, linum simulque de bestis aut

de qualibet frugibus terre, que dici vel nominari potest ec. Quidem et livell. nomine dedisti mihi, idest omnibus casis et rebus illis pertinentes Eccl. plebis vestre cui vocabulum est Beati S. Petri et Beati S. Johan. Baptiste quod est plebe ec. sito loco et finibus ubi dicitur in Campo, quam plebem ipsa ec. casis vero ipsis tam dominicatis ec. seo curtis, ortis, terris, ec. Item livell. nom. dedisti mihi omnem redditum, edibitionem illam quantas sing. hominibus ad predicta Eccl. plebis vestre S. Petri ec. consuetudi vel debiti sunt ad reddendum ec. Simulque livell. nomine dedisti mihi, idest argen. solid. quadraginta et quinque de bonos den. de Luca quas Ildibrandi iudex et filii qd. Petri not. de loco Arriani cum suorum consortibus annualliter consuetudi sunt ad reddendum ec. per omne mense magio ad pars suprascr. Eccl. Epis. vestri, de Ecclesia plebem vestra S. Johan. Apostoli et S. Johan. Bapt. sito suprascr. loco et finibus Arriani, in integrum mihi eas livell. nomine dedisti, una cum integris illis decem solid. de bonos den. de Luca quas Sigifridi . . . Tentii annualliter consuetudi sunt ad reddendum per omne mense december a pars ec. de Eccl. plebis S. Laurentii de Vajano sito loco Vajano, in integrum mihi eas livell. nomine dedisti. Tali ordine ut da admodum in mea q. s. Gherardo vel meis hered. sicut potestatem ec. Nisi tantum per omne censum et justitia exinde tibi ec. per sing. annos per omne mense magio, censum exinde vobis reddere debeamus ec. solid. triginta et duo ec. Et si a nos vobis hec omnia ec. spondeo ec. et duas inter nos libelli Flaspertum not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Gherardo ec.

† Petrus not. dn. imp. ec.

.

DOCUMENTO MDCCLXXXII.

Il sudd. Vescovo allivella o dà in feudo a Lamberto del fu Bruno la pieve di S. Pietro di Musciano, colle decime dei paesi sottoposti coll'obbligo del servizio, e di dare ai Vescovi per i tempi un cavallo in tempo di guerra, nell'anno sudd. 1017. Arch. Arc. AE. 12.

† In nom. S. et indiv. Trinitatis. Hentichus gratia Dei imp. agosto, anno imp. ejus quarto, quinto kal. junii, indit. quintadecima. Manifestus sum ego Lamberto, que Letulo vocor filio h. m. Bruni, quia tu Grimizzo gratia Dei ec. per cartula livell. nomine ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest omnia et ex omnibus casis et rebus illis pertinentibus Eccl. plebis vestre, cui vocabulum est beati S. Petri et S. Johan. Bapt. quod est plebe batismale sita loco et finibus Musciano, pertinentes suprascripto Epis. vestro S. Martini; casis et rebus ipsis tam dominicatis quam et massariis cum fundamentis ec. Seo et livell. nom. dedisti mihi omnem redditum edibitionem, seo decimationem illam quantum singulis hominibus qui sunt abitanti in villis illis, que dicitur Avane, Vajano, Rivo cavo, alio Rivo cavo, Montione, Cerriole, Bussito, alio Bussito, Valle, Vecclaja, Faeto, Vicho, Oneto, Colonicha, Usiliano, Pratillione, Pericclo, Cabbiano, Germaniana, Montealto, Montedoduli, Monte Matopali, Valiana, Apraja, Musciano, alio Musciano, Bulignano, Cillano, Marti, Lateraja, Totona, Antognana, Colle, Caprile, vel per aliis villis singulis quibusque anni ad pars suprascripte Eccl. plebis consuetudi, vel debiti sunt ad reddendum, aut in antea debiti fuerint, tam de vinum, oleo, feaum, labore majore et minore, sive bestis vel de quacumque suorum laboratione Dominus illorum per sing. annos donare dignatus fuerit in integrum; jam dictum redditum, edibitionem vel decimationem qualiter superius legitur, mihi similiter livell. nomine dedisti; una cum offertionem et oblationem, seu mortuorum

atque sepulture que in ipsa Eccl. plebem Dominus donare dignatus fuerint ec. mihi livell. nomine dedisti, sicut eas qd. Alamundo presb. da te q. s. Grimizzo Epis. per ordinationis paginam abebat, et detinebat. Tali ordine ut da admodum in mea q. s. Lamberto vel de meis hered. sint potestatem omnibus suprascriptis casis ec. eas abendi tenendi ec. et supradictum redditum ec. atque offertionem, sive mortuorum, seo de sepulture per sing. annos requirendi, et recliendi nos et hominibus nostris, vel cui nos jusserimus ec. Et ego q. s. Lamberto et hered. meis tibi q. s. Grimizzo et successoribus tuis, *quando in oste pergigeritis, caballum dare debeamus, si nobis cognitum feceritis*, et sing. quibusque anni vobis obediendi et deserviendi ut mox est, et suprascripto qd. Alamundo presb. consuetudo fuit tibi, et ad tuis antecessoribus faciendi. Et in ipsa Eccl. plebis per nostram dispositionem officium Dei et luminaria, adque incensum fieri debeat. Nisi tantum per omni censum ec. per sing. annos per omne mense aprilis censum exinde vobis reddere debeamus hic civitate Luca ec. argen. den. bon. expend. num. solid. duodecim. Et si a nos vobis hec omnia ec. Et doos inter nos libelli Flaipertum not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum Luca.

† Ego Lamberto in uno libello a me facto subs.

† Ego Ubertus rogatus teste subs.

† Petrus not. dn. imp. rogatus teste subs.

† Teupertus iudex dn. imp. ec.

† Flaipertus not. dn. imp. post traditam complevi et dedi.

DOCUMENTO MDCCLXXXIII.

Corrado imperatore a petizione di Gio. Vescovo concede privilegio e conferma la donazione che fatto aveva alla Chiesa di S. Michele in foro Benzio o Beraldo, consistente in una corte in Marlia, una parte delle corti e castelli di Mozzano, della Cune, della Verrucula, di S. Donnino, e di due altri castelli, ponendo il tutto sotto la sua imperial protezione, nell'anno 1027. Arch. di Stato Arm. 2. Lib. 14. Pag. 168.

† In nom. S. et indiv. Trinitatis. Conradus divina favente clementia Rom. imp. semper augustus. Si sacrarum Eccl. pertinentia nostri imperialis precepti juvaminis et roboris confirmatione stabilimus, beatitudinis premium a Deo consequi non dubitamus. Quapropter omnibus S. dicte Eccl. nostre, fidelibus nostris omnibus liquido patere volumus Johan. Luc. Eccl. venerabilem Epis. interventu Johan. summi presulis et universalis pape, nec non Gisle imp. nostreque dilecte conjugis, atque Arbonis Maguntiensis archiep. et placeolini venerab. Sigisfredi Epis. atque Ugonis cappellani et cancellarii, aliorumque multorum, quorum hic nomina inserere longum esset, nostram clementiam adiisse, suppliciter postulantes, quo imperialis roboratione precepti quidquid in cartula offersionis Beraldo qui et Benzio vocatur in Eccl. S. Michaelis Arcangelis, que sita est intra muros urbis Luce, ubi nunc forum dicitur, ubi et Monasterium facere disponit predictus Epis. pro sue anime suorumque parentum remedio obtulerat, firmam et inconvulsam donationem pro amore Dei nostreque anime remedio largiremur. Nos itaque justis ejus petitionibus pietatis clementia annuentes, per precepti hujus tenore perpetuo jure prelibato Epis. lucano ejusque successoribus habenda possidenda concedimus et donamus quecumque predictus Berardus prefate Eccl. sue ex patrimonio, seu quovis acquisitionis ordine vel preceptorum auctoritate proprio jure ab eodem recenter obtulit. Predia vero sicut in diversis locis habentur, hic brevi inseri ratum duximus: Curtem obtulit que est in Ma-

rilla cum omnibus suis pertinentiis. Portionem suam integram de castello et curte de Mozzano; nec non et integra portione sibi pertinente de castello et curte abi La Cuna dicitur. Portione vero tota sibi pertinente de castello et curte que Verucula dicitur. Portionem autem integram de castello et curte S. Donnini. Portionem integram sibi pertinentem de duobus castellis et curte dicuntur. Quemadmodum igitur Berardus prefatus pretaxate Eccl. obtulit, omnia que supra descripta sunt, vel si que sunt alia, que brevitatis studio, vel etiam oblivione predicto Beraldo pertinentia non habentur in scriptis, cum omnibus suis pertinentibus ubicumque ipse possedissee visus fuerat, et ei legitimo jure debebantur, Ecclesiis, titulis, terris, piscareis ec. pro Dei amore, nostreque anime remedio hujus nostri imp. precepti corroborationem, nec non sub nostri mundiburdii defensione, predicto Johan. Epis. vel ejus successoribus jure proprio in perpetuum donamus, concedimus, largimur atque subnixta stipulatione firmamus. Volumus itaque ut nostra imp. cura et sollicitudine, quam venerabilibus locis semper impendere debemus, ut a nobis nostrisque success. predicta Eccl. sit tuta atque defensa usque in perpetuum, atque sub nostri mundiburdii tutamen eam cum omnibus suis pertinentiis recipimus.

Precipientes itaque jubemus, ut nullus Dux ec.

Siquis autem hujus precepti atque mundiburdi violator extiterit, sciat se compositurus auri optimi libras centum, medietatem camere nostre, reliquam medietat.

prefate Eccl. S. Michaelis. Quod ut verius credatur, manibus propriis presentem pa-

ginam roborantes, sigilli nostri repercussione jussimus insigniri.

Signum Carradi invictissimi Imp.

Datum an. Dom. Incar. Millesimo vigesimo septimo, 7. idus aprilis, indit. x. an. dn. Carradi Imperii primo. Romae.

DOCUMENTO MDCCLXXXIV.

Lotterio conte del fu Cadulo, e Adalasca sua moglie figlia del fu Guglielmo offrono per l'anima del loro figlio Rainerio alcuni beni al Monastero di S. Salvatore di Fucecchio, già precedentemente fondato dallo stesso conte Cadulo, nell'anno sudd. 1027. Arch. Arc. † I. 75.

† In nomine Dom. nostri J. Xti. Regnantes dn. nostro Canerado gratia Dei imp. augusto, anno imp. ejus in Italia primo, nono kal. augusti, indit. decima. Manifesti sumus nos Lotteri Comes filio b. m. Chaduli, qui fuit comes, et Adalasca comitisa jugalibus filia b. m. Willielmi, ubi secundum legem interesse videtur notitia Walbertus judex dn. imperatori, a quibus secundum legem interrogata et coita (cognita) sum eas (ego) quo nulla me passa sim violentis, se pura et integra mea bona voluntas sequenter edicti pagina (pagina) communiter cum ipso vic meus, et ipso vir meus consentientes mihi, per anc cartula pro anime nostre et remedium anime b. m. Raineri qui fuit filio nostro, ofero tibi Deo omnipotentes et a Monasterio beatissimi S. Salvatori, qui est fundato edificato in loco ubi dicitur Arno ponte Bonfilii, idest integra duos portionis de cassina e sorte e res nostra illa nostra quas abemus in loco ubi dicitur Ficicclo, que detinere videtur per Ghintio Mantio, que tenuit in beneficio qd. Olberto filio b. m. Irotii. Ideo tam suprascripte duos portiones de jam dicta sorte, et res vero ipsa cum fundamentas et omnes edeficio suo, cum curtis ortas terris vineis pratis pascuis, cultis rebus vel incultum, movile vel immovile seu que se moventibus, omnia et in omnibus quantum ad suprascripte duo portionis de ipsa sorte et res est per-

tinentes, seo ubiscumque esse invenitur, qualiter supra legitur in integrum tibi ad suprascripto Monasterio beati S. Salvatori oferere previdimus. In tali ordine ut abodierna die da modo in antea suprascripte duos portionis de ipsa res ad predicta S. Dei Eccl. et Monasterio ipso e a suisque successoribus sia usu permanes potestate abendum tenendum posidendum laborare faciendum ut usufructuandum usque i futuri temporibus, ut dictum est, pro anime nostre et de suprascripto qd. filio nostro. Neque a nos neque a nullus de heredibus ac proheredibus nostris an cartula ofertionis pro anime nostre, e facta quomodo nunquam nullo tempore posamus dirumpere, nec infragnere, sed semper se anc cartula omni tempore in sua permanea firmitate e robore sunixa. Et si aliquando tempore quo apsi, et fieri non credo, si ego qui supra Loteri comes, aut Adalasca cojux mea vel nostri heredibus contra an cartula ofertionis venire tentaverimus et eam fragnere vel dirumpere quesierimus, omnia non sic permiserimus permanere e suprascripto Monasterio venerabilis locis, sicut supra disposuitum, sit componituro illo nostro heredes qui oc facere presumerit omnia exinde in duplo, infer quidem loco sub extimatione quales tum fuerit, quia sic complacuit animo nostro. Et in tali tinore anc cartula Rodulfo not. scribere rogavit. Actum in Castello.

qui dicitur Montise territorio Voloterrense.

Signum † manibus suprascriptis jugalibus qui ante cartula ofertionis fieri rogarunt.

† Ego Walbertus iudex dn. imp. interfui.

Signum † ms. Ildebrandi filio b. m. Gerardi testis.

Signum † ms. Gotitii filio b. m. Rodulfi testis.

Signum † ms. Ildebrandi filio b. m. Petri testis.

† Ego Rodolfo not. post traditam complevi et dedi.

D O C U M E N T O M D C C L X X X V .

*Pietro del fu Paulo eletto esecutore testamentario dal fanciullo Uberto figlio del fu Ugo di nazione saraceno, pone in potestà di Gherardo detto Moretto e di Guido di disporre a favor della Chiesa dei beni lasciati dal suddetto Uberto, cioè di tre parti di tutti i beni e castelli che possedeva nel Volterrano, di una casa padronale in Rientina, col castello di Fontana Solcari, ed altri beni, nell'anno 1030. Arch. Arc. * E. 64.*

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab Incarn. ejus millesimo trigesimo. Conradus gratia Dei imp. augusto quarto, pridie idus decembris, indit. quattadecima. Manifestus sum ego Petrus filio b. m. Pauli, quia qd. Uberto infantulo, que Melio vocabatur, filio b. m. Ughi ex genere saracorum, que Bellabitio vocabatur, quia dum in egritudine tetieri dignatus fuisse (*fuisse Dominus*), et ipse vidisse occausu mortis tetendere sit juxta Legem providebat, quod dominus Liuprando rex in Edicto firmavit: *Si quis-cumque infantulo egritudo antecedente octavo anno et sindoris ad mortis periculo tetendere, abeat licentiam de rebus suis pro anima sua Sanctis in Locis causis (causa) pietatis, vel in Senodochia judicare quod voluerit, et quod judicaverit stabilem debeat permanere.* Propterea ipso Uberto infantulo qui Melio vocabatur, per iudicati cartula, scripta ex manibus Rodilandi notarii dn. imperatoris, iudicavit et confirmavit pro anime sue remedium, et pro remedium anime suprascripti qd. Ughi qui Bellabeitio vocabatur,

qui fuit genitor saus iudicavit adque confirmavit in portione mea q. s. Petrus filio b. m. Pauli in Eccl. illa, cui vocabulum est *Beati Sancti Georgii, et Sancti Laurentii*, que est edificata in loco prope *Piscia Majore* in proprietario meo q. s. Petrus et de germani mei, idest tres portiones ex integra de omnia ex omnibus casis, et curtis, seo castellis, sive Ecclesiis, sive omnibus rebus illis, quas abebat in loco et finibus infra comitato et territorio Voloterrense, ubi dicitur *Sancto Lottario*: secunda casa et curte domnicata, que esse videtur in loco et finibus, ubi dicitur *Blentina*, cum castello illo, qui est posito in loco ubi dicitur *Fontana Solcari*, qui est infra comitato et territorio *Lucense*, cum tres portiones de omnibus aliis casis, et casualis ec. Proinde modo ego q. s. Petrus, per hanc cartula pro anime mee remedium iudico, atque confirmo in potestate vestra Gherardo que Moretto vocatur et Wido filio. . . . pro anime mee remedium potestatem abeat suprascriptis casis et rebus ec. in Ecclesiis dispensare ec. Actum Luca.

DOCUMENTO MDCCLXXXVI.

*Ugo conte figlio del fu conte Teudici promette a Giovanni Vescovo di non molestarlo nel possesso del Castellare di Ferugnano, nè di quel castello che ivi sarà poi edificato, nell' anno 1034. Arch. Arc. * L. 32.*

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarn. ejus millesimo trigesimo quarto. Conradus gratia Dei imp. augustus, anno imp. ejus octavo, pridie nonas decembris, indit. tertia. Manifestu sum ego Hugo comes, filio b. m. Teudici qui fuit item comes, quia tu Johannes gratia Dei Sancte Lucane Ecclesie humilis Episcopus dedisti mihi meritum butterico uno de auro; propterea per hanc repromissionis paginam repromitto tibi ut da admodum in antea quod ego q. s. Hugo comes, neque meis heredes tibi q. s. Johannes Episc. neque ad successoribus tuis tollere neque

contendere non debeamus Castellare illo, qui esse videtur in loco ubi dicitur Perugnano, sicut in circuito ipso castellare ad fosse et carbonarie circumdato esse videtur; neque illo castello (quod) deinceps in antea ibi infra ipso castellare factum et difinitum esse debet, vobis tollere neque contendere non debeamus; et in consilio neque in facto esse non debeamus ego q. s. Hugo, neque meos heredes ec. Actum in suprascripto loco ubi dicitur Perugnano. .

† Ego Rudolfus not. dn. imp. post traditam complevi et dedi.

DOCUMENTO MDCCLXXXVII.

*Giovanni, Bonato, e Bonaldo preti, Pietro chierico ed eremita, e Villano uomo devoto fondano e dotano la Chiesa e Canonica di S. Pantaleone nel monte eremitico, e presso la Chiesa di S. Antonio, per ivi vivere insieme vita canonica, e per salute dei Longobardi di Vaccole, del Vescovo Giovanni e di altri che aveano concorso a quella pia opera, nell' anno 1044. Arch. di S. Ponziano. * 66.*

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarnat. ejus millesimo quadragesimo quarto, VII. kal. augusti, indit. duodecima. Manifesti sumus nos Johannes Bonatus et Bonaldus licet indigni sacerdotes, et Petrus cler. et Villanus Deo devotus, quia summa devotione offerimus summo omnip. Deo nostro pro animae nostrarum remedio, Eccl. nostram unam nostro proprio edificata in loco et finibus ubi vocatur Mons heremita non longe ab Eccl. S. Antonii, cui videlicet nostre Eccl. vocabulum est B. S. Pantaleonis incliti martyris, et B. Marie semper Virginis, ac B. Petri principis Apostol. et alii, Marci Evangeliste, nec non S. Martialis atque Nicolai, simulque Simeonis, que ex omni parte circumdata est de terra nostra, quam adhuc nobis reservamus. Et

quoniam videmus mundi mala cotidie crescere, et ejus ruinas ex omni parte sonare, statuimus uno animo conturbationes hujus seculi fugere, et a secularibus hominibus longe separati, in secretis et devotis locis asperisque montibus in predicta Eccl. simul vivere, et ibi servire Deo nostro (ut) in sua usitata misericordia nobis sibi obedientibus aperiat viam redeundi, unde primus parens noster per temerariam inobedientiam est ejectus, quia Redentor noster clemens et misericors ut precepta ejus servantibus, paradisi portam per culpam primi hominis clausam aperiret, dignatus est descendere in terram de celo, et factus est nostri similis in humana carne absque peccato, et sua sponte substinuit fatigationem, fugam, colasos ec. et victo hoste diabolo triumphali gloria redit in celum, unde

numquam defuerat per divinitatem. Unde, idest e celo, per Evangelista clamare non cessat, dicens: *si quis sinit ec. et iterum: venite ad me omnes ec.* Viam vero que pervenitur ad eum Johan. Apost. ostendit clamans: *qui dicit se Christi esse, debet ec.* Hinc et Petrus docet: *Xtus. passus est pro nobis reliquens ec.* et egregius dn. Gregorius papa: *Aspicimus viam qua Dux noster Xtus. grantur ec.* Et idcirco nos q. s. Johan. et Bonatus, seu Bonaldus sacerdotes, nec non Petrus clericus sub romanorum lege professi vivere, atque Villanus laicus jam Deo devotus sub lege Langubardorum vivens, memoratum Eccl. cum fundamento et omnem edificio suo et cunctis adjacentiis, pertinentiis suis, qualiter ab omnis parte circumdata est per designata loca, que est secundum juxta perticam menauratam scalarum quattuor in integrum, una cum inferioribus ec. pro animarum nostrarum remedio, ut dictum est, offerimus summo ac omnipotenti Deo ec. donamus, largimur concedimus atque tradimus absque omni nostra contradictione, nostrorumque heredum et nepotum ec. Ita tamen ut dum vita nostra aut etiam unius nostrorum protegente Xto. in hoc seculo fuerit, et nobis placuerit ibi manere et vivere secundum regulam canonicam, habeamus potestatem possidendi, et habendi eandem Ecclesiam et omnes res sibi pertinentes ad utilitatem ipsius Eccl. et loca nostra sicut decuerit; et abeamus potestatem ibi ministrandi et serviendi Deo nostro ac ejus sanctis, et suscipiendi et ordinandi quos et quantos voluerimus, qui observaverint ibi umiliter regulam canonicam secundum qualitatem et quantitatem ipsius loci, absque contradictione ullius persone dum vixerit. Et post obitum nostrum qui ibi remanserint ordinati, custodientes scilicet regulam canonicam, similiter ut de nobis dictum est, potestatem et imperationem integre abeant illi, et omnes suorum successores cunctique eorum posterum in predicta Eccl. et in omnibus casis et rebus sibi modo et in futuro videlicet Deo largiente pertinentibus, ut hec cuncta que in hac pagina fuerit predicta firma et inviolata perpetualiter

maneant. Volumus et stabilimus atque firmissima ratione confirmamus, ut eandem potestatem et imperationem quam nobis reservamus de jam dictam Eccl. habeant omni tempore omnes nostri successores et posterum, qui ibi sicut dictum est, regulam canonicam servaverint; et eligant absque contradictione alicujus persone, cum necesse fuerit, ibi comuni consilio Propositum talem et Deum timentem, qui bene ac sancte gubernet et regat eos secundum regulam canonicam juxta qualitatem et quantitatem ipsius loci. Et super hec omnia unanimiter volumus et constituimus ec. ut ibi sint canonici omni tempore, et perpetualiter ordinati a Proposito comuniter electo ec. habentem integram potestatem quemodum de nobis ec. super eadem Eccl. ejusque pertinentiam. Et insuper licentiam habeant exinde causas agendi, responsum reddendi ec. Ac ita hec nostra oblatio de predecessore in successore protracta perpetualiter inviolabilis maneant, pro illius amore et timore cui illam obtulimus, et taliter pro animarum nostrarum salute, et animarum Vacculensium Langubardorum, scilicet Rolandus Fraolmi, Guidonis, Rainerii, Sisemundi, Gerardi sacerdotis, et Ildebrandi, et presb. Rustici, Rainerii, et Lamberto, et illorum heredum, qui nobis pro Dei timore condonaverunt terram illam, in qua predicta Eccles. edificata et constructa est; et pro anime remedio Johan. lucensis Epis. et similiter pro omnium illorum, quorum adjutorium illam Eccl. edificavimus, ac illorum qui eam studuerint et laboraverint permanere in statu quo superius dictum est, offerimus illam altiss. Deo. Cetera vero omnia nostra bona mobilia et immobilia, cultas ec. terras, rivos, fontes, aqueductus ec. silvas, quercietas, fructeta, oliveta ec. et omnia que et quanta obere visi sumus, aut in antea acquisierimus ec. concedimus et firmamus ut ad utilitatem ipsius Eccl. et loci, et usum victum et vestitum nostrum et omnium illorum qui in eadem Eccl. tam nostro tempore, quam post obitum nostrum ordinati extiterint. Et ut omnia que dicta sunt firma et immota maneant, volumus ec. ut neque alicui ex nobis, neque nostros successores ec.

liceat aliquando seu malo studio ec. mutare vel minuere ec. Et si quod absit, aliquis nostrorum vel ec. in aliquo rumpere, vel violare ec. seu permutare aut minuirec. adjungimus ut sit in potestate et cura atque defensione dn. lucensis Epis. qui tunc temporis fuerit, et tantummodo et non in alio tenore, ut ipse dignetur ordinare et constituere hec eo modo quo supra dictum est, absque ullius muneris acceptione. Si autem Epis. hoc neglexerit, tunc quatuor religiosiores clerici cum totidem laicis ejusdem civitatis hec omnia ordine quo dictum est constituent et ordinent. Si vero hic omnes ad hec incuriosi extiterint, tunc Abbas S. Pontiani ad hec accedat simili modo, quod dictum est, in Dei timore perficere curet. Quod si ipse quoque negligens fuerit, Abbas Sextensis ec. Et si ille similiter ad hoc venire recuset, tunc Epis. Pisensis ad id peragenda ec.

Porro si nos vel nostri heredes aut aliqua submissa persona contra aliquid quod superius leguntur, aliquid in aliquo perverse agere aut causare ec. et nos legaliter defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondimus nos componere ad partem predictae Eccles. per compellationem predicti lucensis. Epis. vel jam dictorum clericorum, vel laicorum, seu Abb. S. Pontiani, aut illorum successorum, qui istam oblationis paginam pro manibus habuerint, et nobis ostenderint, omnia in duplum ec.

Hec autem prope . . . per hanc nostram oblationis paginam statuimus et confirmamus, ut memoratus lucensis Epis. aut jam dicti . . . laici, vel Abbas S. Pontiani, sive Abbas sextensis, sive Epis. Pisanus pro Dei amore et timore non permittant per negligentiam . . . hoc infringi aut distumpi, sed omni tempore defendant et conservent ea que per hanc paginam constituimus ec. quatenus in futuro firma et inviolata sem-

per maneat . . . Si quis autem de omnibus his que per hanc cartulam Deo obtulimus ec. aliquid fraudare aut subtrahere ec. „ seguono le imprecazioni e le maledizioni. „

Ut hec autem omnia que superius decrevimus, et statuimus et confirmamus, firma et immota permaneant sex exinde cartas scribi rogavimus, eo timore videlicet, ut unam ex his omni tempore ordinarii prefate Eccl. habeant, aliam predictas lucensis Epis. item aliam dicti clerici, quartam Abbas S. Pontiani, quintam Abbas Sextensis, sextam Epis. Pisensis ad ostendendum et defensandum ec. et si oportum fuerit exinde responsum reddendum, finem ponendum ec. et pro confirmatione Leonis not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum in prefato Monte Heremite juxta dictam Eccl. S. Pantaleonis excellentis. martiris.

† Ego Johan. presb. in hac oblationis pagina a nobis facta subs.

† Ego Bonaldus presb. ec.

† Ego Bonatus presb. ec.

† Ego Petrus cler. ec.

† Ego Albertus Abb. S. Pontiani subs.

† Johannis Dei gratia humil. lucens. Epis. in hac oblationis pagina subs.

† Ego Wido archid. subs.

† Ego Salomon presb. et primic. subs.

† Ego Lambertus diac. et canonicus S. Martini subs.

† Ego Johan. presb. et cantor subs.

† Ego Rainerius archipresb. subs.

† Ego Sigefredus cler. et canonicus subs.

† Ego Gherardus cler. et Abbas S. Frigiani subs.

† Ego Benedictus cler. et canonicus subs.

† Wido judex dn. imp. subs.

† Johan. judex sacri Palatii subs.

† Arigo not. dn. imp. subs.

† Rolandus judex sacri Palatii subs.

† Leo not. dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDCCLXXXVIII.

Giudicato di Odelrico Vescovo di Trento e messo reale a favore di Sirico del fu Donnuccio, ponendolo in possesso della metà del Castello di Porcari, dell'anno 1045. Arch. Arc. † M. 47.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarn. ejus millesimo quadragesimo quinto, die junii que est decimo kal. infra Castro Episcopus S. Trrentine Ecclesie sobter legitur veniens Sirico filius qd. Donnucci petivit mercede predicto Dom misericordiam et animam dn. regis snaque mercede, ut ipso dignaretur inquirere . . . de medietate de Castro et Corte qui nominatur Porcari, unde ipsi Siricus Johannes Epis. S. Lucensis Ecclesie ste investitura tulit. Et ibi ostendit . . per predictum Johannis Epis. . . asperciones ei tollere neque contendere deberet, scilicet (sic) obligationem in eo per sacramentum legibus peratus fuit prectus Siricus in presencia suprascripti dn. Otelrici Epis. per sacramentum et pugna quemadmodum asseruerat. Quo audito, tunc dn. Otelricus Episcopus inquisivit per vicedominium Episcopato, qui ibi per jusionem predicti domni Otelrici Epis. aderant, ut tres aut duo per sacramentum confirmarent ordine ipso Johannes Episcopus predicto Sirico investituram de predictis duabus porcionibus. . . . ex parte nostri senioris de predictis rebus a parte predictae nostre Ecclesie monimina voluissent osten-

dere, et per sacramentum volumus affirmare. Hoc audito preco ita peratus fuit ad declarandum: venit quidam Judex nomine Sigefritus suprascripti domni Otelrici Episcopi ibi recordatus dixit, ut jam nominatus Johannes Epis. predictas porciones de predicti Sirici injuste investituram abstulit. Et ipse domnus Otelricus Epis. taliter vidit et audivit, statim predicto Sirico de predictis rebus investituram reddidit: Eo ordine ut quando-cumque tempore predictus Johannes Epis. predicti Sirici de jam nominatis rebus legaliter predictae tue Ecclesie voluent ut ipse Siricus ei per legem respondeat et definiat. Et . . . sup. ipse domnus Otelricus Epis. misit Bannum domni Henrici regis super ipse Sirico et jandictis rebus in mancosos auri duo millia; ut nulla quislibet persona, „ ardisca di spogliarlo di tal possesso „ sine legali judicio „ sotto pena ec.

Et hec . . . anno ab incarn. Dn. nostri J. Xti. millesimo quadragesimo quinto, indit.

† Benno, et item Benno, seu Huco, et Hdebrando ec. ibi fuerunt.

† Gherardus not. et judex ibi fui, et hanc brevem scripsi.

DOCUMENTO MDCCLXXXIX.

Leone IX. Papa a richiesta dei Canonici di S. Martino conferma loro le donazioni ricevute dal Vescovo Giovanni, ed altre che in futuro potessero esser fatte alla loro canonica, nell'anno 1051. Arch. dei Canonici BB. 41.

Leo Epis. servus servorum Dei clericis ordinariis Eccl. S. Martini in Luca canonicis viventibus in perpetuum.

Declinate a malo et facere bonum, volentibus consilium et auxilium perseverandi, semper accomodare debemus, ne

dum de bona conversatione summam sedem consulunt, occasionem corraendi accipiant, denegato, quod absit, sibi consilio quod querunt. Et ideo nobis quos supra nominavimus canonicos, omnia que Epis. noster Johannes bono captus desiderio,

immo spiritualis usus consilio, dedit vobis et confirmavit ad argumentum vestre canonice conversationis, nos etiam confirmamus per privilegium S. Apostolicæ sedis, cum hæc ipsa et alia quæ vobis qualibet Xnæ. religionis persona dedit umquam, vel in perpetuum dederit ad comunem vestrum regularem usum possidentes, remota omni molestia, quiete ac libere Deo servatis. Si quis autem vestre Ecclesie ordinarius post primam Epis. vestri confirmationem scilicet Johannis ab hac vita decedit, alii idonei in locum defunctorum sine

precio canonicam accipiant, et regulariter cum predictis fratribus adhibita castitate ibidem comunentur et vivant, nec ulla occasione præfatus Epis. vel ejus successores ex bonis fratrum morientium violentè auferant, sed fratres residui qui in eadem canonica regulariter desunt, ad comunem claustralem ac necessarium usum sibi obtineant. Hujus ergo sacri precepti violator timens tristetur de futura sibi anathemate ac perpetua maledictione, conservator autem gaudeat semper apostolica munus benedictione.

Datum III. nonas februarii per manus Friderici diac. S. Rom. Eccl. Bibliotecarius et cancell. vice dn. Herimanni archicanc. Colon. Archiep. Anno dn. Leonis Noni Papæ III. indit. 5.

DOCUMENTO MDXC.

Lo stesso Pontefice o nello stesso anno o nel precedente, oltre il confermare ai predetti Canonici le donazioni loro fatte, e le altre che potessero ricevere, accorda altresì a coloro che menavano vita comune, i beni di quei canonici che vivevano nel concubinato, se per morte fossero mancati. Arch. Can. e Labbè T. XIX. pag. 691.

Leo Epis. servus servorum Dei Canonacis principalis ac majoris Eccl. in civitate Luca Deo ac S. Martino confessori regularem vitam inibi ducendo, et castitate servando famulantur, perpetuam in Domino salutem.

Cum ad bona Ecclesiarum firmiter obtinenda magna sit adhibenda sollicitudo, ut eorum qui caste ac regulariter sancto altari deservire desiderant, animæ serventur et corpora, avidiori est procurandum desiderio, quia dum ibidem laborant fideliter deservire, oportet eos inde canonicum usum victus ac vestitus accipere, ne dum ista pro necessitate querant, culpam vagationis incurrant. Huic siquidem vestro defectui benevolam compassionem ac benignam provisionem volentes impendere, piæ apostolicæ autoritatis sacra pagina, omnia quæ ad comunem usum regulariter vivendo modo abetis, vel in perpetuum habituri estis, aut Epis. vestri concessione, qui nunc est benevolus, et hilaris vester adiutor, frater et coepiscopus noster Johannes, aut

successorum suorum, vel aliquorum fidelium caritativa donatione, volumus rata vobis et confirmata et nulla ratione violanda esse. Et si Dom. Deus humilitatem Eccl. suæ misericorditer respiciens Eccl. vestram ab uxoris presbiteris et omnino a dominica oblatione repellendis liberaverit, per incestis casti, per immundis mundi restituantur, et bona quæ habent ecclesiastica, quæ illi luxuriose vivendo dissipant, in comunem usum canonicè cohabitantium redigantur: sicque eorum exoptabilis interitus, pastoralis fiat familie desideratissima salus. Nec in prebendis dandis aliquod precii aut venditionis molestiam ab Epis. suo sustineant hic fidelis conventus. Usque modo igitur tenebræ, nunc autem lux facti in Domino, ut filii lucis ambulate, ut unanimè uno ore honorificetis Deum et Patrem Dom. nostri J. Xti. qui est benedictus in secula, qui nos conservet et confirmet in fraterna concordia.

Dissipator vestræ congregationis dissipetur, contradicturi contradicatur. Quili-

bet Epis. vester vos in hoc ignorans ei de quo dictum est assimiletur, quia omnis ignorans ignorabitur. Coadjutor vester per Martinum Sanctum semper adjutus con-

gaudeat optamus divinae retributionis vere dicens: adjutorium nostrum in nomine Domini.

Datum III. idus martii per manus Friderici cancel. vice dn. Herimanni S. Apost. Sedis archicanc. et Colon. Archiep. Anno dn. Leonis IX. Papae III. indit. IV.

DOCUMENTO MDCCXCI.

Gio. Vescovo dà a Ugo e Teudici figli del fu Teudici un butterico d'oro, perciò i medesimi si obbligano di non far pace o composizione con Guido loro zio senza il di lui consenso, nell'anno 1051. Arch. Arc. † K. 89.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incar. ejus . . . (millesimo) quinquagesimo primo, pridie nonas septembris, indit. quinta. Manifesti sumus nos *Hugo*, et *Teudici* germani filii b. m. *Teudici* qui fuit comes, quia tu *Johannes* dedisti nobis meritum boterico uno de auro. Propterea per hanc repromissionis paginam repromittimus tibi, ut da admodum in antea, quod nos q. s. *Ugo*, e *Teudici* germani eum. . . . barbano nostro, et filio b. m. *Teudici* pace, neque sine facere non abeamus . . . (sine) . . . tuo consilio,

e data licentia, q. s. *Johannis* Epis. . . . vel feminam inter nos, q. s. *Hugo* et *Teudici* germani, et suprascripto *Pi*. . . . aut sine, vel ponimento posuerint, cot nos q. s. germani in ipsa . . . in ipsum ponimentum stare non abemus per nullis modis . . . consilio et data licentia, q. s. *Johannis* Epis. ec. . . . hunc promissio *Alboni* not. dn. imp. scribere rogavimus. Actum in Castello illo qui dicitur *Rustica*, prope Castello *Vecclo de Capannole*. † Ego *Alboni* not. dn. imp. post. tradit. ec.

DOCUMENTO MDCCXCII.

Gottesfredo Duca e Marchese giudica a favore del Vescovo Anselmo della Chiesa di S. Alessandro, nell'anno 1058. Arch. Arc. † O. 72.

† Dum in Dei nom. intus casa que est sala de palatio de civitatem lucense in judicio resedisset dn. *Gottesfredus* dux et marchio ad causas audiendas ac deliberandas, residentibus cum eo *Flaipertus* iudex et missus domni imp. *Rodilandus*, *Teudigrinus*, *Hubertus*, *Teupertus*, *Wido* ec. iudicibus, *Leo*, *Wido*, *Sighinulfus* *Antonio* notarii idem dn. imp. *Teodulfo* filio b. m. *Widi*, *Rodulfo* ec. . . . *Ugo* vicecomis *Pisensi* ec. . . . et reliquis, inque eorum veniens presentia *Anselmus* *Epis. lucensis* una cum *Cristofano* avvocato suo. in eodem judicio unum quem abebat ono *Apostolice* *Sedis* *Beati*

Petri *Romane* *Ecclesie*, de *Eccl.* illa cui vocabulum est *Beati* *Sancti* *Alexandri*, que est posita infra suprascripta civitate lucense cum sua pertinentia. Et cepit dicere ipse *Anselmus* *Cristiano* avvocato suo. Ab eo et detineo a pars jam dicte *Romane* *Apostolice* *Eccl.* per istum *Privilegium* predicta *Ecclesia* *Sancti* *Alexandri* cum omni sua pertinentia qui exinde aliquit avversus me dicere vult paratus sum hic vestris presentis cum eo exinde a ratione standum et legitime finiendum. Et cum nemo se ibidem presentasset qui exinde tunc ipse *Gottesfredus* dux et marchio cum taliter audivi et vidit, misit bannum dn.

imp. super eodem Anselmo Epis. et super iudicto Cristofano avvocato suo Ecclesie Sancti Alexandri cum sua pertinentia in *manucos aureos duomilia*, ut nullus quislibet homo, magna pervaque persona eodem Anselmus Epis. de superscripta Eccl. Sancti Alexandri, neque de sua pertinentia (sine) . . . legali iudicio divestire presumat. Qui vero fecerit predicti duomilia manucos aureos composituros se agnoscat medietatem pars camere dn. imp. et medietatem predicti *Anselmi* hanc notitia pro securitatem

et factoram ostensionem superscr. Anselmi Epis. ad ostendendum fieri iuximus. Quidem ego Raineri not. dn. imp. ex iunione superscripti dn. Gottifredi dux et iudicum et ammonitione scripsi. Anno ab incarn. dn. nostri J. Xti. Dei eterni millesimo quinquagesimo octavo, sextodecimo kal. januarii, indit duodecima.

✱ GOTEFREDUS. DUX ss.

† Flaipertus iudex et avvocato et missus dn. imp. et viced. dn. Anselmi Epis. ss.

Segue la sottoscrizione di altri giudici.

DOCUMENTO MDCCXCIII.

Alessandro II. Papa Vescovo di Lucca rinnova ai figli di Gherardo detto Moretto il feudo delle pievi di Neure, Pescia Maggiore, S. Pietro in Campo ec. nell'anno 1061. Arch. Arc. †† G. 83.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarn. ejus millesimo sexagesimo secundo, quinto idus octubris indit. prima. Manifesti sumus nos *Wido*, et *Adamari*, seo *Fralmi*, adque *Sichelmo* germani, filii b. m. *Gherardi* qui *Morecto* vocabatur, quia tu *Alexander servo servorum Dei S. Rainane Ecclesie humilis Epis. lucensis*, per cartula livell. nom. acensum et perexolvendum dedisti nobis, idest medietatem ex integra de omnibus casis, et rebus illis pertinentes Eccl. plebis vestre, cui vocabulum est *Beati Sancti Patri*, et *Sancti Johanni Baptiste*, quod est plebem baptismale, sito loco et finibus *Neure*, quam plebem ipsa esse videtur de supregimine et potestatem superscripte Eccl. Epis. vestro *S. Martini istius lucensis*; de casis et rebus vero ipsis tam dominicatis, quam et massariis, cum fundamentis omne edificis ec. seo de curtis ortis, terris, vineis, olivetis ec. . . Seo et livell. nomine dedisti nobis q. s. germani, idest medietatem ex integra de omne redditum et edibitionem quanta singulis hominibus qui sunt habitantibus in villis illis, que nuncupantur *De Carlo, Suffiano, Ville Montecatini, Cappia, Dorjano, Reptignano, Naretiano, Montecusculli, Gragnano, Cerbiano, Colmata, Intaraguliano, Molatiano,*

Corsano, Busano, Castellani, Marlatico Valleponi, aut in aliis villis habitantibus ec. qui ad partem jam dicte Eccl. plebis vestre *Sancti Petri* et *S. Johannis* consuetudi vel debiti sunt ad redendum, aut in antea debiti fuerint ec. ut dictum est, medietatem exinde ex integra. Similiter nobis eas livell. nomine dedisti nobis q. s. *Wido* et *Adamari* ec. idest quintam portionem ex integra de tres inter casis et casalino, seo rebus illis pertinentes Eccl. vestre *Sancti Johm. Baptiste*, et *Sancte Marie* et *Sancti Stofani*, quod est plebem baptismale sito loco et finibus *Campo Majore*, qui est de subregimine et potestatem superscripte Eccl. Epis. nostri *S. Martini* ec. cum fundamentis et omne edificis ec. seo curtis, ortalias, terris, vineis, olivetis ec. Simulque et livell. nom. dedisti nobis q. s. germani, idest quintam portionem ex integra de medietate integra de omnibus terris et vineis illis qui esse videntur in circuito ipsius Eccl. et plebis vestre, et terra et vinea in loco *Casise*, et terra et silva in loco *Lungula*, et de terra et vinea in loco *Querquetana* ec. Adque et livell. nomine dedisti nobis q. s. germani, idest quintam portionem de mediet. de omne redditum et edibitionem illam quanta singulis hominibus qui sunt habitantes in villis illis

nuncupatis *Corsanico, Campomajore, Misciano, Montiatico, Nocce, Terciliano, Traversaria, Montemagno, Casule*, vel in aliis villis ec. . . cum quintam portionem de omnes titulis. et cappellis supjectis ipsius plebis ec. . . . Quidem et livell. nomine dedisti nobis ec. . . . idest medietatem ex integra de omnibus casis et rebus illis pertinentes Eccl. plebis vestre cui vocabolum est *Beate Sancte Marie et Sancti Johannis Baptiste* quod est ple-

bem baptismale sito loco et finibus *Piscia Maggiore* prope *Ferraria*, quem plebem ipsam esse videtur de surregimine et potestatem suprascr. Eccl. Episcopatus vestri *S. Martini*, casis vero ipsis tam domnicatis quam massariciis ec. . . . seo curtis terris, vineis, olivis, ec. . . . Item et livell. nomine dedisti nobis q. s. germanis, idest mediet. ex integra de omnem redditum et editionem ec. Actum *Luca*.

D O C U M E N T O M D C C X C I V .

Bolla di Alessandro II. diretta ai Canonici di S. Martino, colla quale riforma il loro capitolo, ordinando che in avvenire 30 sieno i Canonici che la compongono, cioè 12 sacerdoti, sette diaconi ed altrettanti sud-diaconi, e quattro chierici, i quali ultimi però non debbano avere altri obblighi che il coro. Arch. dei Canonici Arc. BB. 19.

Alexander Epia. Servus Servorum Dei Sancte Eccl. lucensis canonacis ac filiis per omnia dilectis eorumque successoribus in perpetuum,

Quamvis ecclesiasticae disciplinae censura pro officio a Deo nobis commisso nos admonet vigilantia cura universis Ecclesiis toto orbeterrarum diffusis providere, speciali tamen speculatione nostrae lucensi Eccl. pro posse nos opitulari oportet, cujus regimen antequam ad Apostol. sedis cura vocaremur, divina nobis imposuit providentia. Unde cum omnibus simpliciter, huic tamen dupliciter oculum nostrae speculationis intendere oportet. Nam quis inimico humani generis insidiante S. matris Ecclesiae compositos mores ab antiquis patribus istitutos prava quorundam temeritas, seu potius cupiditas violare non metuit; idcirco studiosos sollicitosque convenit esse, ut quae male cotidie pullulant mucrone justitiae resecentur. Nam sicut karissimi filii vestra bene novit dilectio, in nostra prelibata Eccl. pessima inoleverat consuetudo, ut ordines et canonicae ipsius Eccl. sic passim et indiscrete cuique tribuerentur, ut ille sacerdotalis ordinis teneret officium, qui necdum etiam hostiarii vel lectoris ministerium suscepisset. Nec stabili ordine sortitam fuerat, quis missarum solemnia celebrare, quis

BANSOCC. APP. TOM. V. PAR. III.

S. evangelium vel apostolum legere debuisset. Indisciplinatis etiam et secularibus clericis vita et scientia longe ab ecclesiastica doctrina sejunctis, prelibatae canonicae conferebantur, nec tamen absque interventu pecuniae, vel etiam praemiorum datione, qui ipsam Eccl. potius perturbare, quam moribus videbantur ornare. Quae omnia quantum Deo et Ecclesiae religioni contraria et inimica existant, nullum ignorare putamus; vobis autem tanto verius sunt cognita, quanto diutius sustentata. Quapropter divino adjutorio simul et apostolica fulti autoritate haec deinceps reseccanda et in melius reformanda decernimus, eo scilicet tenore ac ratione ut ex triginta ordinibus qui in jam nominata Eccl. esse noscuntur, duodecim eligeremus, qui duodecim presbyteris traderentur, qui cotidie missarum solemnia, et quae sacerdotali officio congruunt peragere possent.

Septem vero diaconos, totidem subdiaconos, in his septem ordinibus posuimus qui competenter ecclesiasticum officium juxta ordinem suum adimplere valerent. Reliquos vero choro tantummodo deputavimus. Hos ergo in prefatis ordinibus ita eligi decrevimus, ut si quando vocante aliquis eorum ex hac luce decesserit, loco ejus nullus alius subrogetur, nisi ille qui

decidentis officium integritate vitae et puritate scientiae valeat adimplere, ut si presbiter fuerit decessor, loco ejus vel presbiter substituat, vel qui eodem anno presbiterii honorem valeat accipere. Similiter de diaconibus et de subdiaconibus eadem ratio idemque ordo procedat. Horum autem omnium ordinationem ita Deo annuente volumus canonice fieri, ut nulla venalitate fraus vel pecuniae interventus aliqua possit ratione subrepere, sed gratis et absque ullius comodi ratione consistat, nisi ordinandus non statuto praetio sed sua sponte ad utilitatem vel honestatem Ecclesiae aliquid largiri voluerit. Avaritiam etenim de templo Dei eliminanda sacrum testatur evangelium, quod refert Dominum per se ipsum nummulariorum es effudisse, et cathedras vendentium columbas evertisse. Officium autem ipsius Ecclesiae ita ad honorem Dei fieri volumus, ut omni die una solempnis missa cum diacono et subdiacono hora tertia celebretur cum canonicis horis, sicut consuetudo deposcit matricis Ecclesiae. Illud quoque non minima correctione indigere prospeximus, quod quidam clericorum plus suae avaritiae quam Ecclesiae consulentes, in duobus vel etiam tribus Ecclesiis ministrare noscuntur, et cum tibi vix congrue et opportune militare sufficiat, ambitu pecuniarum illecti duabus vel tribus, sicut

diximus, suum officium pollicentur. Sicque fit ut dum plures vicissim percurrunt, nullam canonice et juste regere valeant. Quapropter hanc quoque causam in melius reformantes constituimus et presenti decreto firmamus, nullus qui deinceps in majori et matrice Ecclesia fuerit ordinatus, aliam praeter ipsam posse tenere Ecclesiam, sed sicut sacri canones precipiunt, ipsa sit sola contentus, ut competenter in ea possit exercere servitium, nec vagus et instabilis hoc illucque discurrat, sed singulari Ecclesia quasi fixus et immobilis perseveret. Quod si quis temerario ausu haec omnia quae salubriter ad utilitatem S. Eccl. constituta sunt, violare vel infringere temptaverit, noverit se apostolica autoritate, nisi resipuerit, gradus sui periculo subjacere, et ecclesiastici beneficii fieri expertem; et insuper pro sua temeritate a clero repulsus, laicorum tantum comunioni deputetur. Si vero adhuc quoque obstinato animo in eadem pertinacia manere presumpserit, et admonitus ad hoc quod salubriter decrevimus reverti noluerit, a liminibus S. matris Ecclesiae quam impugnare non desinit, alienus existat. Conservator autem hujus nostrae canonicae dispositionis apostolica sit munitus intercessione, et gaudeat coelesti repletus benedictione.

† Ego Alexander solius Dei misericordia licet indignus S. Rom. et Apost. Eccl. Praesul et Lucensis Epis. in hoc decreto a me facto ad confirmandum subs.

DOCUMENTO MDCCXCV.

Bolla dello stesso Pontefice diretta al clero e popolo di Lucca, con cui proibisce in avvenire ai Vescovi di Lucca di vendere, allivellare, infeudare o in qualunque modo alienare i beni del vescovato. Arch. Arc. Arca dei Privil. N. 3.

Alexander Epis. Servus Servorum Dei clero et populo S. lucensis Eccl. in perpetuum.

Quamvis circa omnes Ecclesias per orbem terrarum longe lateque diffusas pro earum gubernationem oculum ovestre speculationis intendere oporteat; precipuae tamen erga lucanam Eccl. attentissime vigi-

lare nos convenit: quia ei et per Episcopatus suscepti administrationem, et pro universalis Apostolicae consideratione dupliciter quodadmodum providere compellimur. Quae de causa haec nostro cordi Deo aspirante voluntas semper inhaerere debet, ut quae mea vel incuria, vel malitia quorundam perversorum hactenus mala pullulasse co-

gnovimus, resecare et emendare studeamus, et quae ad honorem et salutem ipsius Eccl. spectare videantur, congrue ordinare et firmiter statuere debeamus. Ante nostra etenim tempora precessores nostri, qui eidem Eccl. praeesse visi sunt, seu propter carnalium propinquorum affectus, seu pecuniae amore illecti, vel etiam per quorundam petentium nimia importunitate devicti, castella, terras, possessiones ipsius Eccl. ita indiscrete superflua effusione largiti sunt, ut nec sibi nec familiae suae, vel reliquis sibi ministrantibus, prout congruebat, in propriis necessitatibus succurrere potuissent. Fiebat itaque propter penuriam ut ordines sacros, et ecclesiastica officia, quae pure et absque ulla venalitate solo vitae aeternae intuitu concedi oportet, pro pecuniae acceptione, et diversorum munerum exatione prophanis quibusdam et indignis tribuerent, et quod omnes catholicos detestari et abhominari oportet, de morte animae vitam corporis sustentarent. Proinde divina inspiratione commoniti, ne de caetero tam grave peccatum ex occasione paupertatis emergat, presenti decreto constituimus et Apost. autoritate firmamus, ut nullus deinceps Pontificum, quibus ipsa S. Eccl. commissa fuerit, castella, mansos, terras, possessiones, quas nos modo ad manus nostras habemus, vel quas ipsa Eccl. in aeternum Deo largiente pure et absque conditione acquisitura est, praeter illa quae in beneficium nunc usque dari consueverunt, aliquo ingenio alienare vel auferre, seu alicui dare molitur, nisi necessitate cogente, in pignus ea sine malo ingenio ad tempus tradiderit, ea ratione ut ante statutum tempus eas persolvat et recipiat. Ita sane omnem alienationem, et quamcumque dationem penitus interdiciamus, ut nemo in posterum presumat predictas res Ecclesiae, vel per beneficium dare, aut per libellum concedere, aut quocumque modo alicui personae tribuere, nisi tantum agricolis et laborantibus, et ipsi Epis. vel ejus misso aut ministeriali rationem reddentibus, sed omni tempore intactae et illesae subsistant ad utilitatem Episcopatus et suae necessitatem familiae sustentandam. Ne vero in dubium venire possit a quarum rerum

traditione nos nostrosque successores per omnia volumus abstinere, presentis decreti pagina nominatim illas inserere et annotari praecipimus, ne vel ipsos Episcopos, vel procaces et importunos petitores latere possit ipsarum rerum notitia.

In primis ergo ponimus et dari prohibemus curtem Lucensem cum suburbanis et viculis suis ac mansos et terras ubicumque ad eam fuerint pertinentes, idest villa quae dicitur Suburbana, et Eccl. et pratum quod dicitur S. Columbani, Ecclesiam quae dicitur Somualdi cum omni pertinentia sua; plebem de Lunata, et decimam de Carignano, et terra de Abbazia S. Donni et reliqua quae ad ipsam curtem pertinere videntur. His adiecimus plebem et curtem de Marlia cum Eccl. S. Terentii, et cum omnibus mansis et terris atque omni pertinentia sua. Duo quoque castella de Murriano cum omnibus pertinentiis et adiacentiis suis, sicut nos ea hactenus tenere visimus, et terra quae dicitur Cerbajola, quam ex agresti et sterili ad fecunditatem reduci fecimus. Castrum etiam quod dicitur Fundagno eodem modo cum omnibus ad illum pertinentibus, quod Deo concedente nuper Ecclesiae adquisivimus; nec non castrum de Decimo et plebem ipsius cum omnibus quae ad eam pertinent. Plebem etiam de Gallicano et terram de Cerignana, et castrum et decimam de Verucla quae est in Alpibus, decimationem quoque de Verruca quae est juxta Tolanum. His etiam connumeramus plebem et castrum S. Mariae quae dicitur a Montem cum tota pertinentia sua, et terram de Vico quae dicitur Surrexeri. Castrum et curtem S. Genesis cum omnibus quae ad eam pertinent. In marittima etiam duas curtes, una quae dicitur S. Viti, altera quae dicitur de Montebello, cum universas quae ad ipsas aspicere et pertinere videntur, et terra de Asilato, nisi forte haec quae in marittima habentur, in commutationem dare per meliorationem voluerit.

Haec itaque omnia quae presenti decreto connumeravimus, et si qua alia noviter acquirenda, quae Deus in manus nostras vel nostrorum successorum, sicut superius dictum est, dare voluerit, eo modo ordina-

mus et firma stabilitate componimus, ut semper deinceps ad manus lucenses Epis. teneant, et ad privatas ejus rationes spectare videantur, ut ex his valeat suae utilitati simul et honestati consulere, ac suae familiae decenter necessitati succurrere. Id si quis nostrorum successorum haec quae salubriter ad Eccl. honestatem et ipsius Epis. utilitatem statuta sunt, temerario ausu infringere ec. vel carnali amore, vel iniqua cupiditate devictus, contra haec aliquo ingenio venire tentaverit, pro sua presump-

ptione nodo excommunicationis et maledictionis alligatus se esse cognoscat, et ab episcopali officio usque ad satisfactionem removendum, ita ut omne damnum quod ex sua malitia sibi et ipsi et Ecclesiae ex hac re intulit, resarcire cogatur.

Ut vero omnia quae superius comprehensa sunt firma et illibata Deo auctore serventur, hanc decreti paginam manus nostrae subscriptione, et sigilli nostri impressione confirmari praecipimus.

† Ego Alexander solius Dei misericordiae licet indignus S. R. et Apost. Eccl. praesul et lucens. Epis. in hac constitutionis a me factae pagina subs.

DOCUMENTO MDCCXCVI.

Giudicato della Duchessa Beatrice, tenuto in Lucca presso la Chiesa di S. Martino, e S. Giovanni, assistita da vari giudici e conti, e da Ubaldo Vescovo di Sabina, ed in cui a petizione di Berengario del fu Donnuccio avvocato del vescovato sotto la pena di 2 mila Bizantini aggiudica allo stesso vescovato il possesso dei fondi di cui godeva presso Cisciuno ed Auserissole, nell'anno 1068. Arch. Arc. † L. 18.

Dum in Dei nomine. In civitate Luca prope Ecclesiam Episcopatus S. Martini et prope Ecclesiam S. Reparate et S. Johan. Baptiste in judicio reedisset dn. *Beatriz* uxor *Gottifredi* ducis et marchionis, una cum . . . *perto* iudice misso dn. imp. ad causas audiendas ac deliberandas, residentibus cum eis *Huberto*, *Tegrino*, *Petro*, *Gherardo*, *Sigefredo*, *Huberto* iudicibus, *Hubaldo* sabinensi Episcopo, *Guidone* comite, filio b. m. *Guidonis* qui fuit similiter comes, *Paganu* filio b. m. *Rolandi* ec. . . *Ugone* vice comite de comitatu pisensis, *Ramerio* de Florentia filio b. m. *Garosielli* ec. . . et reliquis plurimis: ibique eorum veniens presentis *Berengarius* filius b. m. *Donnucci* advocatus praefate Eccl. S. Martini, cepit dicere adversus eandem dominam *Beatricem*. et Flaipertum iudicem: *pars predictae Eccl. Episcopatus, unde ego sum advocatus, habet, et detinet, jure proprietatis omnes*

res illas, quae sunt posite in loco et finibus Cisciano (Asciano), et in loco et finibus Auserissole, quas qd. Carbone filius b. m. Hugonis dedit et tradidit per offerentis cartulas pro anima Hugonis comitis filii b. m. Teudici similiter comes, ad predictam Ecclesiam S. Martini per loca et vocabula, et pertinentias suas legitur cartulis. Et si est aliquis qui de jamdictis rebus adversus predictam Ecclesiam agere aut causare vult, paratus sum cum eo hic vestris presentis ex parte suprascriptae Ecclesiae ad rationem standum et legitime finendum. Et cum nemo in ipso iudicio se presentasset, qui de jamdictis rebus adversus predictam Ecclesiam agere aut causare voluisset; tunc predictus Berengarius advocatus petivit mercedem a jamdicta domina Beatrice, et Flaiperto iudice misso regis, ut pro Deo, et anima dn. regis suorumque mercede mitteret bannum super jam-

dictis res et predictam advocatum in *bisantios bonos aureos duo milia*, ut nullus quilibet homo magna parvaque persona predictam Ecclesiam de jamdictis rebus sine legali judicio disvestire presumat. Cumque ipse taliter quesisset, tunc prefata *domna Beatrix*, et Flaipertus judex missus dn. regis ambo insimul per fustem, quam in suis detinebant manibus, miserunt bannum super easdem res, et jamdictum advocatum, ut nullus quislibet homo prefatam Ecclesiam de predictis rebus disve-

stire presumat sine legali judicio. Qui vero fecerit *duomilla bonos bisantios aureos* compositurum es agnoscat, medietatem parti camere dn. imperatoris, et medietat. parti prefate Ecclesie. Unde hanc notitiam pro securitate et factura ostensione partis ejusdem Ecclesie fieri jusserunt. Quidem ego *Raineri* notarius dn. imp. jussione ejusdem domne Beatrix, et judicium admonitione scripsi. Anno Domini incarn. millesimo sexagesimo octavo, quinto idus julii, indit. sexta.

† Flaipertus judex et missus dn. imperatoris ss.

Segue la sottoscrizione degli altri giudici.

DOCUMENTO MDCCXCVII.

*Alessandro II. Papa e Vescovo di Lucca allivella o rinnova livello a Raimondo del fu Sisemondo delle decime di Milliano, Fiano, e Cenaja, nell' anno sudd. 1068. Arch. Arc. * M. 70.*

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarn. ejus millesimo sexagesimo octavo, idus septembris, indit. septima. Manifestus sum ego *Raimundo* filio b. m. *Sisemundi*, quia tu *Alexander Sancte Romane et Apostolice Ecclesie presul, et lucensis Episcopus*, per cartula livell. nomine ad censum perexolvendum dedisti mihi, idest tres portiones ex integro de omnem illam decimationem, quantas singulis hominibus, que sunt sbitantibus in villis illis, que nominatur per locas, et

fundas nuncupantes Milliano, Foiano, et Cenaja et per aliis villis et vocabulis, et in antea fuerint consuetudi, vel debiti sunt ad dandum ipsis hominibus, et eorum filii et heredibus ad pars Ecclesie plebe *Sancti Johanni Baptiste* que est plebe baptismalis sito per dicto loco et finibus *Milliano*, quem plebe ipsa cum omnibus rebus ad eam pertinentibus esse videntur de sub regimine et potestate Eccl. Epis. vestro *Sancti Martini* istius lucensis ec. Actum Luca ec. . . .

DOCUMENTO MDCCXCVIII.

Il sudd. Pontefice e Vescovo allivella a Bonio del fu Bonoso beni incolti a Cerbajola o Vallebuja, nell' anno sudd. 1068. Arch. Arc. † 98.

† In nom. Dom. nostri J. Xti Dei eterni. Anno ab incar. ejus millesimo sexagesimo octavo, quarto kal. novemb. indit. septima. Manifestus sum ego *Bonio* filio b. m. *Bonosi*, quia tu *Alexander S. Rom. et Apost. Eccl. presul et lucensis Episc.* per cartula livell. nomine ad censum perexolvendum

dedisti mihi, idest una petia de terra illa que est sterpeto, que esse videtur in loco et finibus ubi dicitur *Cerbajola* prope loco qui dicitur *Pastinatio*, et prope monte qui dicitur *Bonelli*, pertinentes Eccl. Epis. vestro *S. Martini* istius lucensis, et est tenentes ipse petia de terra que est sterpeto

uno capo cum uno lato in terra suprascr. Eccl. Epis. vestro S. Martini, quas mihi per libello minime dedisti, et alio capo tenet in terra suprascripti S. Martini quas mihi per libello minime dedisti, et alio lato tenet in terra jam dicti S. Martini, quas tu per libello fecisti Benedicti clerico filio b. m. Bonii, et sunt ab omni in circuitu ejus signa et termina intermedio esse videtur. Has suprascripta petia de terra que est sterpeto qualiter ab omni parte circundata est per designatos locos, que est per mensura ad justa pertica mensuratas mod. tres in integrum, una cum inferioribus et superioribus suis, seo accessionibus et ingressibus suis mihi eas livell. nomine dedisti: tali ordine ut ad admodum in mea q. s. Bonio vel de meis hered. ac prohered. meis sin potestatem eas abendi tenendi imperandi laborare faciendi seo meliorandi, et nobis eas privatam nomine usufructuandi. Nisi tantum pro omne censu et justitiam exinde tibi vel ad posterisque success. tuis Epis. lucensibus per sing. ann. per omnem mense november, censum exinde vobis reddere debeamus in civitate lucense in curte vel domo ipsius Eccl. Epis. S. Martini, per nos aut per misso nostro, vobis vel ad misso vestro aut ad ministerialem illum quas in ipsa curte vel domo pro tem-

pore fuerit, vel ad illum hominem qui eam da vobis in beneficio pro tempore abuerit, argen. den. bon. expend. num. quinquaginta et quattuor de moneta de Luca tantum. Et si a nos vobis ec omnia qualiter superius legitur per singulo anno sic non fuerint adimpleta et conservata, aut si suprascripta petia de terra, que est sterpeto quas mihi supra livell. nomine dedisti, relaxaverimus, vel si per nos pejorata fuerit: spondeo ego q. s. Bonio una cum meis hered. ac proheredibus meis componere tibi q. s. Alexander S. Rom. et Apost. Eccl. presul et lucensis Epis. vel ad posterisque success. tuis Epis. lucensibus, aut eidem homini qui hunc libellum pre manibus abuerit, et eum nobis ostenderit, penam argen. obtimum libras triginta, quia taliter inter nos convenit, et duos inter nos libellos Robertus not. dn. imp. scribere rogavi. Actum Luca.

Signum † ms. Bonii qui hunc libellum fieri rogavi.

† Flaipertus judex da. imp. et viced. subs. Signum † ms. Arduini filio b. m. Cunitii rogatus teste subs.

Signum † ms. Albitii filio b. m. Stefani rogatus teste subs.

† Robertus not. dn. imp. post traditam ec.

DOCUMENTO MDCCXCIX.

Blancardo arcid. Lamberto arciprete, e Bardo primicerio danno un buterico d'oro a Wittone, Villano ed Ermingo, ed essi promettono col loro cappellano la debita riverenza al Vescovo per la cappella posta presso la torre e castello di Cotanello della pieve di Diecimo, nell'anno 1072.
Arch. Arc. † D. 65.

† In nom. Dom. nostri J. Xti. Dei eterni. Anno ab incarn. ejus millesimo septuagesimo secundo, idus julii, indit. decima. Manifesti sumus nos *Wittone* et *Villano* seu *Ermingo* germani filii b. m. *Baroni*, quia vos *Blancardo* archidiaconus, et *Lambertus* archipresbiter, seu *Bardus* primicerius dedisti nobis meritum anulo uno de auro *Rolandus* clericus filio b. m. *Belleve* pro personis vestris q. s. *Blancardo arcid.* et *Lambertus* et *Bardus*.

Propterea per hanc repromissionis paginam repromittimus vobis, ut da admodum in antea nos q. s. gg. neque nostris heredibus, neque nostro *Cappellanus* contendere non debeamus illam debitam *reverentiam* de Cappella illa que est posita et edificata prope murum et turrem de castello que dicitur *Cothanello* plebi Sancte Marie de *Decimo*, et de decima de ipso loco *Cothanello* non contendemus Epis. lucensi, aut ejus *fidelibus*, qui illam in beneficio ad

predicti Epis. abuerint: exceptam omnem illam decimationem, qui nos a predicto Episcopo aut ab ejus *fideltibus* in beneficio aut per concessionem abebimus. Et si nos aut noster *capellanus* exinde minis factum fecerimus (e se avvisati dentro 30 giorni

